Alter eris. siue alteres eris. pe. pduc. ⁊ genere mascu. significat massā plūbeā qua ad exercenda corpora in gymnasijs vtebāt. Var. Quid pereūt stulto fortes altere lacerti. Exercet melꝰ vinea fossa viros. Dicꝰ alteres a αλλομαι/quod est falso. Nā circūducebant alteres dum saltando se exercerent.

Alternis aduerbiū: vicissim nunc vnū nunc aliud. Ver. Alternis dicetis amāt alterna camenę.

Alterno nas. vicissim alterz duoz pono: qđ vernacula lingua dicimus: mo luno mo latro scambiare. Col. libro. vj. Habimus operā in ordinibus disponēdis pari vernaculas ⁊ acinas alternemus. Hinc alternatio per vicē successio: ⁊ cōponit subalterno.

Alternatim aduerbium significat per vices.

Alteruter: quiuis e duobus/siue alter ex duobus: hoc ē o luno o latro. Lice. in Ver. Video necesse esse alterutrū. Celius/Lice. Pōpeius dicit/p Apio laborare: vt etiā putent alterutrū de filijs ad te missuz. Hierony. in Beñ. alter posuit. Diuisiq̄ sunt alterutrum a fratre suo.

Altrinsecus penul. corre. aduerbiū ab alter formatū: significat aliunde. Lac. libꝰ. de opi. Aures duas quarū duplicitas incredibile est quantā pulchritudinē p̄ferrant: q̄ tū pars vtraq̄ similitudine ornata est. Tū vtrę nientes altrinsecus voces facilꝰ colliganꝫ. Itē significat iuxta alterā partē. Plau. in pseu. Assiste altrinsecus: atq̄ onera hunc maledictis. Idē in Ru. In enst culo mei nomen patris post altrinsecus est securicula. Itē aurea litterata. Hiero. ad Pāma. Ubi ꝓpriętas singulorz est/ibi altrinsecꝰ diuersitas.

Altercor caris. significat mutuo iurgia iactare/ criminari/et clamose inficiari: et quasi aduersā partē tueri. Dicitur et alterco. Teren. Scio cū patre tuo dudū altercasti. Hinc altercatio: quę (vt docet Quintꝰ. li. vj.) cōstat aut intentione aut depulsione.

Altinum penul. pduc. vrbs olim in littore Venetię florentissima fuit: a qua altinates dicti sunt.

Altus ta. tum. potest esse participium: ab alo is. et nomen quo significatur pars superior/et quandoq̄ inferior. Altitudo eñ nomen est mensurę. Unde dicimus/altum cęlū et altum mare. Quinetiā altum ponitur pro cęlo et mari. Ver. Hęc ait et maia genitū demittit ab alto. Idē. Uir e conspectu siculę telluris in altū vela dabant leti. Et altū vocamus profundioꝛē maris partē/et a terris remotioꝛē. Salus. Piscatoria scapha in altum nauigat. Per translationē quoq̄ ponitur pro excelso ac glorioso. Ver. Te sine nil altum mens inchoat. Et pro veteri. Idē. Altius omne expediā prima repetens ab origine factū. Et pro magno: vt/Sic pater ille deum faciat: sic altus Apollo. Et pro obscuro ac recōdito: vt/Quid me alta silentia cogis rumpere. Et illud. Manet alta mente repostum Judicij paridis. Hinc fiunt cōpositi: Altisonus penul. corre. qui ex alto sonat. Altitonās penul. coꝛ. qui ex alto tonat. Altiuolans penul. corre pta: qui in altum volat.

Altanus penul. p. ventus: qui in alto. i. pelago est.

Altimeter pe. coꝛ. instrumentū quo metiunt alta.

Altare: ab altitudine dictū est. Nā antiqui in ędificijs a terra eleuatis sacra faciebāt dijs superis: i terra dijs terrestribꝰ: in effossa dijs infernalibꝰ. Altare superis tm̄ cōsecratū erat. Ara tā superis q̄ inferis.

Althea cū diphthon. Nā grece αλθαια dicit malua agrestis siue Maluauiscus: qz glutinosa est. Nascit in locis humentibus: cuius radices decoctę ⁊ diligęter mixtę porcino adipi: ad subleuandū dolores vel tumoꝛes vulnez valde vtiles cōprobant. Est et Althea, ppriū Meleagri matris nomen.

Alueus siue aluus (vt Var. testat) est cauata corter vel vimineum vasculum manu factū: in quo quid ꝓpter concauitatē reponitur. Hiero. ad Demetri. Habeto lanā semper in manibus: vel staminis pollice fila deducito: vel ad torquenda subtegmina in alueolis fusa vertanꝫ: aliarūq̄ neta aut in globū collige/ aut texenda cōpone. Apud Jul. Capitolinū legimus: cū in Cęsareana familia paruuli in testudinis alueis lauarentur: nato Albino Ceionū posthumū eius patrē munere testudinis a piscatore cū homine accepto illā ad excaldationes pueriles dicasse. Unde ⁊ locus vbi apes mellificant alueus siue aluus dicitur melis alimonia: vt Var. existimat. Plinꝰ libꝰ. xj. Alueos ex corno spectatos esse: id est apū alucaria. Dicit et alueus venter cuiuslibet rei inaiatę. Unde ⁊ p flu/

minis fossa per quã labitur flumen qñq; sumit. Virgil°. Assuetę ripis volucres et fluminis alueo. Aliquando pro naui/siue pro ipsius nauigij receptaculo: vt apud Proper. Aut quidnã fracta gaudes neptune carina. Portabat sanctos alue° ille viros. Li ui. li. xxj. Alueos informes raptim faciebant. i. nauiculas. Declinat q hoc alueũ. Fest. Mustibulum alueum est ad nauis similitudinẽ factum.

Alueolus q alueolũ cum accentu in añpe. dimi. est pro vase concauo: vt est apud Danielẽ ꝓphetã. Habacuc intriuerat panes in alueolo vt ferret messoribus. Itẽ accipiẽ ꝓ loco in quo pullos pariunt columbi. Colu. lib. ix. Sua in alueolũ ligneũ conferat. Itẽ pro tabula lusoria: quę alio noie dicitur latruncularia: et aleatoria ab aleis et latrunculis. i. calculis/ et triulatiter scachis: quib° hinc disseno puncto illinc quadris discoloribus vtimur ad ludũ. Iuuen. Laterna illud eñ vestris datur alueolis quod tẽ.

Aluearium quod et alueare/q per apocopen aluear: sumit ꝓ loco in quo sunt aluei. Oñq; etiã ꝓ alueo; copia eodẽ in loco collocato; mellificantium.

Aluus ab alluendo dicta est. Et ꝓprie dicit qua sordes effluunt siue eluunt. Pli. lib. xx. Pepones qui vocãtur refrigerãt/maxime in cibo: q emolliunt aluũ. Oñq; capit ꝓ ventre qui aparet. Colu. lib. viij. Missi obesam ingluuiẽ atq; distentã in pabulis aluũ demerserit et refrigerauerit. Itẽ aluus vbi apes mellificant. Var. Si ex aluo minus frequentes exeunt.

Alumen penul. produ. salsugo terrę. Efficit hyeme ex aqua et limo/q estiuis solibus maturat: dictum a lumine/ꝙ lumẽ coloribus tingẽdis prȩstet. Pli. Sale/aceto a lumine postea exharenatur.

Aluta penul. pduc. pellis a luteo colore dicta. Cel. lib. iij. Anchore ꝓ funib° ferreis catenis reuincte pelles ꝓ velis alutęq; tenuiter confectę. Itẽ aluta dicit pellis mollior: q ad calceos q ad cętera opa facięda conuenientia. Sumitur etiã oñq; ꝓ sacculo seu marsupio. Iuue. Apposità nigrę lunã subtexit alutę.

Alutarius/coriarius. hoc est pellium q coriorũ ꝓcinnator. Plau. Vic alutarius cerdo. Proprie tñ alutarij tenuiorũ pellium dicunt: coriarij crassiorũ. Et alutarij° piscis vocat a Pli. ob similitudinẽ alutę pellis.

Alutamen alutamentum: a veteribus dicebat opus ex cõinnatis pellibus factum.

Alyba: regio nõ longe a mysia: vbi argentifodinę esse ab Homero traduntur.

A Ante O

Am prępositio greca: quę plerũq; cõposita inuenitur: significatq; circũ. Cato seperauit cum dixit. Am terminũ. Verum quando cõponitur cum dictione incipiente ab a. e. i. u. interponitur b. euphonię causa: vt Ambages/ambio/ambesus/ambigo/amburbiũ/amburbialis/ambustus. Si ꝓ cum c. h. f. q. mutatur m. in n. vt Ancisus/anhelo/anfractus/anquiro: cũ p. remanet integra/vt amputo.

Amaltbea penul. produ. nomen fuit nutricis Iouis: nã ipsa cum sorore sua Helissa Iouẽ puerũ caprino lacte ac melle pauisse feruntur.

Amanuenses/a manu vocabulũ formatum: quo dicti sunt serui: qui q a manu dicunt: quoꝝ opera et manu in scribendo perinde/ac scribaꝝ vtimur.

Amando. as. alio mãdo siue alio deputo: cũ quis alio mittit/et a loco vbi est remouetur. Lice. ꝓ Roscio. Amãdauerat hunc sic vt esset i agro: ac tñmodo aleretur ad villã vt cõmodis oñibus careret. Admando ꝓ significat ad aliquẽ/ vel aliquo aliquid cuipiã cõmitto. Plau. in Pe. Reuertor rursus denuo Carthaginẽ: si quid adamãdare vultis/aut curarier argẽtum misi qui decerit nugas egerit.

Amanthes populi sunt in Aphrica troglodytis proximi: apud quos tũ salis/ tum carbunculoꝝ gẽmarũq; copia est. Auctor Solinus.

Amaracus penul. corre. Cynarę regis Cypri puer: qui casu lapsus dum ferret vnguenta fregit alabastrum: deinde cum nimio dolore contabuisset/ versus est in sansucũ: quę ex eius nomine Amaracus cępta est appellari. Ver. Ubi mollis amaracus/illũ floribꝰ q dulci aspirans cõpletitur umbra. Herba est quã vulgo maioranã vocant.

Amaracinũ pe. cor. siue sansucinũ oleũ: qõ fit ex amaraco. Pli. lib: xxj. de sansuco loquẽs. Fit ex ea oleum quod sansucinũ vocat: siue amaracinũ ad excalefaciẽdos emolliẽdosq; neruos. Lucre. Posteaq; fugbos iungit amaracino: q foribus miser oscula figit.

Amaranthus: flos est ab imortalitate nomen trahẽs. Uñ imortales amarãthi. Müq; eñ marcescit. Fitq; ab ἀ ꝑuatiua ꝓticula et μαραινομαι: siccor/tabe/

Amaritudo q amaror, ꝓ eodẽ accipiunt. Mã si/ (gnificant insuauitatẽ et asperitatẽ. Et per translationẽ animi sollicitudinẽ. Virgil. ij. Geor. Tristia tentantũ sensu torquebit amaror.

Amarulentus: amaricatus/afflict° et maliuolẽtia. Ge. Amarulentus libꝝ maledicẽtissimũ cõscripsit.

Amarico cas. penul. cor. amarũ. i. asperum facio/q quę si exacerbo. Aug°. Ipsi amaricauerunt deum/q peccando in eã ꝛgritudinẽ deuenerunt.

Amarescere: id est amaꝝ fieri. Palladi°. Amygdalus si radatur amarescit.

Amaramis (vt refert Josephus) fuit nomẽ prĩs Do

Aman° pe. pro. mons Licię/siue (vt quidã pu (sis. tãt) Cappadocum: qui et Taurus dicit.

Amath: nomẽ filij chanaan: q auctore Josepho Amarchos instituit: qui et amathi dicuntur.

Amasenus pe. produc. fluuius Volscoꝝ. Est et alius in Sicilia eodẽ noie: de quo Ouidi°. xv. Metam. Nec nõ sicanias voluens amasenus arenas.

Amasias: nomen proprium iudęoꝝ regis: quo significatur populum tollens.

Amasis penult. produ. nomen proprium regis egyptiꝝ cuius tumulus fuit vna pyramidũ: dicente Luca. libro. ix. Non mihi pyramidũ tumulis euulsus amasis. Hic legẽ condidit: vt quisquis quotannis apud prȩsidẽ rationẽ vitę redderet: demõstraretq; vnde viueret/aut quo quęstu sustentaret: qui hoc nõ faceret/morte afficeret. Hanc legẽ Solon ab egyptijs trãstulit ad Athenienses.

Amaurosis: latine dicunt oculorũ obscuritates: cũ sine vllo euidenti vitio lumen eripit/ sicut hebetudo.

Amaxei siue amaxarici: aurigę moderatoresq; vehiculoꝝ. Mã greci ἁμαξαν currum appellãt. Et quod nos septentriones in cęlo vocamus/illi amaxan vocãt: q sile plaustri hoc sidus vocatur. Scribit Jul. Capitolinus: ꝙ Maximinus amaxas manib° attraheret rhedã et onustã solus moueret.

Amazobij: populi inter Sarmatas: qui et ipsi nomen acceperunt a plaustris quę habent pro sedibus/et in quibus vitã degunt. Amaxan eñ greci plaustrum/τ βιον vitã dicunt.

Amathus pe. cor. untis. Cypri ciuitas ẽ: vt sentit Pli. Veneri sacra. Virg'. lib. x. Est amathus est celsa mihi paphos atq; cythera. Qui. Piscosãq; gnidon grauidãq; amathunta metallis. Inde fit Amathunteus a. um. pe. pro. Idẽ li. x. Luctãtes vitulos amathunteasq; bidentes. Silꝰ amathuntius tia. tiũ. Virg'. in Crif. Mã te iactari nõ est amathuntia nostri.

Amaçones penul. corre. Scythicę fęminę iurta Tanaĩ primũ inhabitãtes: deinde ad loca iurta Thermodonta fluuiũ deuenerunt: quę magnã Asię partẽ occupauere. Dictę amaçones/eo ꝙ mãmis careant: ab α

sine/et μᾶζόσ mãma. Dos eñ fuit amoęonib⁹ interfectis maribus quos genuissent/seruare fęminas: earũq; infantiũ mãmas dextras inurere: ne impedimento sint ad pugnã cõserendã: ⁊ ne sagittaꝝ iactus impediat. Vel amaęones ab α et μαζησ id est pulte seu pane: quasi sine pane: eo ꝙ nõ pane vescerent/sed carnibus. Alij ab αμα et ζημ/cũ aspiratione in principio: tanq; in cõmune viuẽtes dictas putãt. Harum regio amaęonia dicit. Alię fuerunt amaęones/quę in Aphrica floruerunt: quę ob id libyę dicuntur. De quibus scribit Diony. lib. iiij. quę olim aduersus Gorgonidas fgmineũ dureruntꝫ exercitũ/easq; occiderunt. De his Oeschylus tragicus in ,pmetheo ita scribit. ερθαμαζονωμ σπαρτον ισεισσυγαρορ αιθεμισκυρ αρπυτε καζοι κιουσιμ. Eusta chius multa in cõmentarijs Dionysij libyci: sed Stephanus byçãtius in libro de populis ⁊ vrbib⁹ aliã rationẽ dicit cur vocẽt amaęões. Dit eñ. αμαζονεσ δεεκληησ αρ απο τησ μυμφησ αμαζονι/δοσ θυγαζροσ τησ σαμορισ ⁊ multa alia.

Amaryllis idis. nomẽ fuit rusticę ,prii: de qua Virg.

Ambio is. iui. vel ij. itũ. ex am. et eo is. ꝙ mutationẽ e. i. et b. intercepta: significat ,ppie circũeo/concludo. Virg. Quę rapidus flãmis ambit torrentib⁹ amnis. Iul. Firmic⁹. Põpeij post tot triumphos ad nili fluminis ripã ceruices inuictas ⁊ regias: et quas totiẽs purpura triumphalis ambierat. Per trãslationẽ ꝯo ambire ponitur ,p blãdiri/interpellare/circũuenire. Vir. lib. iiij. Quo nũc reginã ambire furentẽ audeat affatu. Quoniã ꝯo romani dũ honores ⁊ magistratus quererẽt: circũire singulos solebãt: ꝓsentare dextras: rogareq; vt se suffragijs adiuuarent: factũ est vt ambire capiat ,p honores querere. Intẽdũ etiã significat simpliciter desiderare. Hiero. ad Dama. Cãpenses cum tharsensibus hęreticis copulant. Nihil eñ aliud ambiunt q̃ vt auctoritate, cõmunionis nostrę fulti: tres hypostases cũ antiquo sensu prędicẽt. Aug⁹ lib. viij. ,pfes. Quęso te oñibus istis laboribus nostris quo ambimus puenire: quid querum⁹ ⁊ Terẽ. ꝯo in An. Nisi vides nisi sentis amicos ores ambis: id est nihil agis. Et ambire/rogare. Hora. li. car. Te pauper ambit: sollicitat te ruris colonus.

Ambitus ta. cũ. pe. prod. participiũ: circũitus: vt/Just. et ambitę circũdare littora terrę.

Ambitus tus. penul. corre. nomen ,ppie circũitus. Luca. libro. j. Letalisq; ambitus vbi. Dicitur et ambitus: locus inter vicinoꝝ ędificia duorũ pedum et semis/ad circũeundi facultatem relictus: ex quo honoris ambitus dici cęptus est. Sal. Legibus ambitus interrogati pœnas dederat. Est eñ ambitus crimen affectati honoris: Nã qui vera virtutis via ad honorem aspirare nõ potest/is ambitione cõtendit. Quę vt inquit Sal. multos falsos fieri coegit. Hinc latę leges ad ambitum puniendũ/qualis lex Calphurnia. Capitur interdũ ,p specie quadã fauoris ⁊ captatiõe misericordię. Quintꝫ. Si inuenis innocẽtissim⁹ iudices vti vellet/ambitu tristissimę calamitatis poterat allegare vobis amissã in oculis omniũ cogitationum temeritatẽ. i. misericordiã captare ex cõmemoratione maloꝝ. Et ambitus dicit quod greci periodon vocant: cum sententia certa quadã descriptione definit. Sed hęc constat ex mẽbris quę cola dicuntur/et cęsis quę comata appellant.

Ambitio/circũitio. Ambro. Sinus in quo christus requiescit: nõ corpis gremio ꝓparat: nec vestimentorũ ambitione componit/sed virtutũ opatione colligit. Sumit et ,p honoꝝ et laudis ĩmoderata cupiditate. Est eñ in aio: q̃uis etiã ipsa ambiẽtis actio ambitio dici possit. Quintꝫ. lib. j. Et licet ipla vitiũ sit ambitio: frequenter cũ causa virtutũ est.

Ambitiosus: qui immoderate appetit honores: et qui misericordiã fauoręq; impertit. Quintꝫ. libro. j. Nõ sum ambitiosus in malis: nec lachrymaꝝ augere causas volo: vtinã esset ratio minuendi. Ouid. lib. iij. de pon. Sed tñ hoc factis adiungo prioribꝰ vnũ: Pro nostris vt sis ambitiosa malis.

Ambages penultꝫ. produ. significat verboꝝ circũitus. Virgili⁹ lib. ij. Georg. Nõ hic te carmine ficto: Atq; per ambages: et longa exorsa tenebo.

Ambagosus osa. osum. quod abundat ambagibus. Bel. Neq; ꝓcepta: dicunt: sed lubrica atq; ambagiosa coniectatione nitentes inter falsa et vera.

Ambactus: circũactus/circumductus: ⁊ lingua gallica seruus appellatur.

Ambesus penul. produ. vide in dictione edo.

Ambarualis: ex ambio ⁊ arualis: quod ab aruis est cõponitur. Sacrificium dicit/ꝙ arua ambiat victima. Virgꝫ. Teraq; nouas circũ fęlix eat hostia fruges. Festus tñ ab ambo videtur compositionẽ deducere/dicens. Ambaruales hostię appellabant: quę ,p aruis a duobus fratribus sacrificabantur.

Ambiani siue ambianẽses populi: sunt gallię narbonẽsis comatę/quos Pli. lib. iiij. belouacis cõiungit.

Ambigo gis. penl. cor. ex am. ⁊ ago: ,ppie significat circũago/circũdo. Aug⁹. Quib⁹ muris ambigere: Vñ ambactus et ambages. Itẽ Ambigere est dubitare. Unde ambiguũ. Itẽ discordẽ esse/litigare. Teren. in Heau. Simo et crito vicim nostri hic ambigunt de finibus me accepere arbitrum.

Ambiguum/dubiũ: quod in ambas agi ptes aio põtlicet et de pluribus intelligi quãdoq; possit. Cice. lib. j. ad Herẽ. Ex ambiguo controuersia nascitur: cum scriptum duas sententias aut plures significat: hoc modo. Tullius meus hęres Terẽtię vxori meę. xxx. pondo vasoꝝ argenteorũ dato: quę volet post mortẽ eius ꝓciosa vasa et celata magnifice petit mulier. Filius se q̃ ipse vellet im. xxx. pondo ei debere dicit. Cõstitutio est legitima ex ambiguo.

Ambo ex greco αμφω videtur deductum. Et nõ dicitur nisi quãdo pręcesserunt duę dictiones: vt Plato et aristoteles ambo philosophi. Vel cum hęc dictio duo: vt/Vidi duos boies ambos mihi amicos. Vel cum de his loquimur/quę tñmodo sunt duo: vt perdidi ambos oculos et ambas manus.

Ambidexter dicitur: qui ita leua manu vtitur vt dextra. Hęcę αμφοτεροδεξιοσ. Hieronym⁹ contra Jouini. Hoth ille iudex αμφοτεροδεξιοσ: id est ambidexter. Hęc etiã sęua dicitur ,p latinis. Scribit Albertus libro secundo de animalibus causã ,pter quã quis agiliore sit sinistra ,p dextra: quia videlicet epar et cor virtutes suas mittunt in sinistrum latus: et a dextro remouentur.

Ambracia: vrbs in Epiro pyrrhi regia: ab Ambrace rege. Hanc Augustus Nicopolim a victoria nosauit. Fuit hęc ciuitas ornatior reliqs ciuitatib⁹. Hinc ambraciẽsis ⁊ ambraciotes siue ambrociota. Vñ Ehombrot⁹ ambraciota dict⁹ est: q̃ cũ Platonis libꝝ de eternitate aiaꝝ plegisset/ꝓcipitẽ se dedit in mare.

Ambrices pe. cor. sunt tegulę quę trãsuersę asseribus ⁊ tegulis interponunt/inquit Festus: vbi ꝓ asseres cãterios etiã intelligimus. Imbrices ꝯo tegulę/quib⁹ incuruis domus tegitur.

Ambrysus pe. cor. nomen est duaꝝ vrbium: quaꝝ vnã Strabo locat in phocyde/alterã in boetia. Quidã etiã Amphrysũ recte dici affirmant. Pausa. Ambrosion quãdoq; vocauit ab heroe sumpto noie.

Ambrones: gentes quędã gallicę: quę ĩbita inundatione maris cum sedes suas amisissent: rapinis se alere cęperunt. Hos cum cymbris teutonicisq; Marius deleuit. Hinc tractum est vt turpis vitę homines

ambrones dicantur.
Ambrum: gẽma nigri coloris.
Amburo penul. pduc. circũuro. Plau. in Epi. Mã ille quidẽ Vulcani trati est filꝰ: quaqua tangit omne amburit: si ꝓpius adstes estu calefacit.
Ambulo as. notę significationis: vt/ Qui ambulat i tenebris/nescit quo vadat. Huius cõposita sunt: Ab/ambulo: quod est ascendo: Anteambulo: ante alios ambulo. A quo anteambulones dicti sunt stipatores et satellites: qui honoris gratia aliquẽ comitãdo principẽ solent pręcedere. Sueto. in Vespa. Dũ eũ idẽtidẽ per contumeliã anteambulonẽ fratris appellat. Har. Sũ comes ipse tuus: tumidiq; anteambulo regis. Deambulo/vide alibi. Inambulo/spacior. Et, pprie inambulare est peripatetico: qui deambulantes disputare cõsueuerunt. Obambulo: aduersus alios ambulo: et quasi ambulanti me oppono. Perambulo: per aliquid siue ad finẽ vsq; ambulo.
Ambulator: qui huc ꝛ illuc ambulat. Col. Villicus (vt ait Cato) ambulator esse nõ debet.
Ambulatio: ambulandi actus/ et locus ad ambulandũ/vel per quẽ ambulamus. Col. Ambulatiões meridico; equinoctiali subiectę sint: vt hyeme plus solis/et estate minimũ recipiant. Huius diminutiuũ ẽ ambulatiuncula. Cicero. Cũ vna me hercle ambulatiuncula: atq; vno sermone nostro omes fructus prouincię nõ confero.
Ambulachra penultꝰ. produc. ambulationes sunt: id ẽ actus ambulandi. Et aliquando dicunt spacia ad ambulandũ: vbi cõmode ambulari potest ad satietatem ꝓpulsandam.
Ambubaię porphyrione auctore: sunt mlieres vagę ac viles: quibus nomen ab ebrietate balbutientiũ verbo; videtur esse inditũ. Nonnulli ambubaias tibicinas syriaca lingua putant dici. Horaci. Ambubaia; collegia pharmacopolę.
Amen dictio hebręa: quã nos fideliter ꝑm Aquilę interpretationẽ) dicere possumus: ductũ aduerbiũ ex nomine fidei. Scõm ꝺo Septuaginta interpretes/ idẽ est ac si fiat diceremus. Unde in fine libroꝝ. In quinq; siquidẽ psalteriũ apud Hebręos diuisũ est. Fiat fiat transtulerunt: quod in hebręo legit: Amen amen: quo ea vere quę supra dicta sunt memorẽtur. Unde apls asserit nõ posse aliquẽ respõdere amen. i. cũ dicta sunt/nisi intellexerit prędicatione.
Ambrosia latine: imortalitas dicitur: ab α priuatiua/ et βροτος mortalis: vel quia mortales eã non comedunt: vel quia qui comederent efficerentur mortales: sed μ interponitur ad euphoniã. Fabulę ferunt esse deoꝝ cibum/nectarq; potionẽ: ex quo illud Epigrãmatistę. Iuppiter ambrosia satur est: et nectare viuit. Licero libro. j. Tuscu. Non eñ ambrosia deos/aut nectare aut iuuentute pocula ministrante letari arbitror. Ambrosios diuinus et imortalis dicitur. Diascori. ambrosiã artemesiã: cuius verba sũt hęc. αμβροσια ποιηεσι ην εριοι βοτρυν οι δεαρτεμισιαν καλουσειν. Alij apium siluaticũ. Plinius. Botryn vocat: odore non iniocundo. Idẽ scribit herbã esse vagi nominis/et circa varias herbas fluctuantẽ. Ambrosius sia. sũ. imortalis. Ver. Ambrosięq; come.
Amens: qui a mente sua discessit: hoc est: qui sine cõsilio aioq; quo sapimus. Lucre. Consiliũ qđ nos animũ mentẽq; vocamus. Hinc amentia. Terẽ. in An. Cur meã senectutẽ sollicito huꝰ amẽtia Quidã amentẽ a demẽte ita distinguunt: ꝙ demẽs sit q̃ nõ cogitat quid agat aut loquat. Amens: qui ꝓfus insanit.
Amentũ: omne ligamen significat. Plinius. Cornelię gracchoꝝ matri sedens statua posita fuit: soleisq; sine amento insignis: in metelli publici porticu. Amẽtũ etiã dicit loro quo media hasta religatur vt iaciẽdis ꝓtius possit. Syri. libro. xiiij. Hasta iuuatur amento. Hinc amentatas soleas ꝛ amentata iacula dicũntur. Et amentare apud Lucanũ, pro iacere aut circũdare. Jaculũ amentauit habena.
Ames itis. mascu. generis: partica aucupalis. Hora. in Epod. Aut amite leui parua tẽdit retia. Palla. Hũc in amitibus apparetur aucupiũ noctuę.
Amei inc. penul. produ. ab amerino Italię oppido: vbi plurima erat salix amerina: quã nunc vulgus Agnũ castũ appellat.
Amineũ: genus vitis a regione aminea dictũ. Mã amineí fuerunt vbi postea falernus.
Ametor: pe. pro. latine dicit qui caret matre.
Ametros: latine imẽsus/imodest⁹. Ametria/immodestia: ab α priuatiua ꝛ μετρεομαι και το μετρον.
Ameria: ciuitas in vmbria ante persicũ bellum annis nongentis. lxxiiij. condita.
Amethystbus: cũ duab⁹ aspirationib⁹ ꝛ y psilo: gẽma purpurea a colore violę dicta: q̃si minimę ebria: ab α priuatiua ꝓtricula/et μεθυσθεισ ebrius: siue μεθη ebrietas: tanq; amethysthin⁹ color sit sobri⁹. Rationis est: ꝙ cũ vsq; ad vini colorẽ accedat: priusq; id ꝯ id degustet/in violã desinit. Fulgor in ea purpureę est nõ ex toto igneus/sed in vini colorẽ desinens et violę silis. Hinc amethysthina penul. cor. vasa ex amethystho. Iuue. Uendunt amethysthina. Pli. Amethysthinũ colorẽ dicimus qui in viola: ꝛ ipse i purpureũ micat quẽq; iacinthinũ appellauimus.
Amicio cis. penul. correpta: iui. itũ. supinũ debet facere. Amixi etiã ꝓteritũ/et supinũ amictũ facit. Unde amictus. Est autẽ amicire vestire. Horacius. Et piper et quicquid chartis amicitur ineptis. Hui⁹ cõposita sunt examicio et circũamicio. Persius. Jã reliqua examicis patruelis. Psal. Circũamicta varietatibus. Ueteres amicibor dicebant. Plautus. Submix⁹ alis me inferã/ atq; amicibor gloriose. Jn Per. legere ex amitis.
Amictus ta. tũ. participiũ: idẽ quod vestitus. Li. libro ij. phi. Sedebat in rostris collega tuus amictus toga purpurea in sella aurea coronatus.
Amictus ctus. vestis quę superponitur aliis vestibus quasi palliũ. Tibu. Frustra iã vestes: frustra mutantur amictus. Sunt qui amictũ accipiãt ꝓ veste ma-
Amiculũ: genus vestis a circũitu dictũ: (gis inferiore. ꝙ instar pallij humeris circumniꝯcitur. Vale. maxi. Detracto etiã Joui olympio magni põderis aureo amiculo: iniectoq; ei laneo pallio dixit: estate graue esse aureũ amiculũ/hyeme frigidum: laneum autem ad vtrũq; tẽpus anni aptius.
Amicinũ pe. p. vtris pedicul⁹ ex quo vinũ diffundit.
Amison pe. pro. ciuitas ponti nobilissima.
Amitto: dimitto seu abire permitto. Plau. in Cap. Filius meus illic apud vos seruit capt⁹ aulide: eũ si redẽs mihi postea vnũ nummũ ne duis: ꝛ te ꝛ hũc amittã. Hinc alio pacto abire nõ potes. Ouidi⁹ de ponto. Nec nocet amisso subdere calcar equo. Jd est lapis habenis ire permisso. Jtẽ amittere significat perdere. Sal. Jãpudẽ equidẽ nos vera rerum vocabula amisimus: quia bona largiri liberalitas: malarum rerum audacia fortitudo vocatur. Jtẽ amittere: alio mittere. Terenti⁹ in Heau. Et prius pecuniã omnẽ ꝯ abs te amittas filiũ hui quantã. phenestrã, ad nequitiã patefecerꝰ. Jtẽ ignoscere. Idẽ in Eunu. Unã hanc noxã amitte: si aliã admisero vnq; occidito. Jtẽ adimere. Plautus in Asi. Cur ergo minitaris te tibi vitã esse amissurum.
Amiternũ: vbs campanię ex qua Crispus Salustius natus perhibetur.
Amita penul. correpta patris mei sororꝰ: quia filꝛ tertia

a me sit/atq; quia videri possit: vel quia a patre meo amata est. Mā plus sorores a fratribus q̄ fratres diligi solent propter dissimilitudinē psonaꝝ: quę ideo minus dissensionis habent quo minus emulationis. Maior amita dicebaē aui et auię amita: sicut et maior auunculus/aui et auię auunculus.

Amitini penul. produ. dicuntur/qui ex sorore et fratre propagantur.

Amor plus est q̄ beniuolentia: licet plerūq; pro eodē accipiantur. Et amore em̄ nascitur beniuolentia: sicut ostendit Cicero. Amor em̄ ex quo amicitia nota est: princeps est ad beniuolentiā coniungendā. Differt etiā amor a charitate: q̄ amor sit genus/charitas species: ille ad oēs pertinet/hęc ad hoies tm̄.

Amor singulari numero plerūq; honestas est: vt amor fraternus/amor patris in filiū. Licero. Incēsus sum amore incredibilium virtutū tuarum. Potest tamē et in venerea parte accipi: et tunc ꝓm Augustū. cupiditas aut libido vocatur. Ver. Omne adeo genus in terris hominūq; ferarumq;. Et genus equoreū pecudes pictęq; volucres: In furias igneq; ruunt: amor omnibus idē. Amor: (inquit Plautus) melle et felle fecundissimus est: gustu dulce dat/amarum ad satietatē usq; aggerit. Amor formę (ait Seneca) ratiōis obliuio est: et insanię proximus fędū minimeq; conuenienś/animę sospiti vitiū: turbat consilia: altos et generosos spiritus frangit: a magnis cogitationibꝰ ad humillimas detrahit. Hinc amor pro cupidine: quē veteres amoris deū dicebant. Amores ꝙ plerūq; nociui sunt. Licet quandoq; etiā honesta volupratę dicantur. Licero libro. j. offi. Formā quidē ipsā Marce fili et tanq; facie honesti vides: quę si oculis cerneretur/admirabiles amores sui excitaret. De lasciuo Piero. Amoribus fęminaꝝ infatuatur. Amor quoq; pro cupidine (quē veteres deum esse putauerant) accipi solet. Pro. Quicunq; ille fuit puerum qui pinxit amorē.

Amare maioris vis est q̄ diligere. Lice. Dolo. Quis erat qui putaret ad eū amorē quē erga te habebam/posse aliquid accedere: tantū tamen accessit/vt mihi deniq; nunc amare videar/ante dilexisse. In eodē sensu idē Cicero ad filium. Sed tū vt scires cum nō a me diligi solum/verumetiā amari. Teren. tū contrariū posuisse videtur cum inquit: Nō pol quo plus quē/q̄ amem aut plus diligā habeo. Proprie tū parentū est diligere: vt pater diligit filiū. Et si amo absolute ponatur: capitur pro amore captus sum: hoc est/esse inamorato. Plautus. Amat filius certū est. Cōpositā huius verbi sunt. adamo/deamo/redamo et pamo: penul. cor. quod est valde vel vsq; ad finē amo. Li. lib. j. de legib⁹. Ubi illa sancta amicitia/si nō ipse amicus peramaē toto pectore?

Amator et in bonā et in malā partem accipitur. In bonā. Cicero ad Atti. Bibliothecā tuā caue cuiq; despondeas: q̄uis acrē amatorē inueneris. In malā: vt amator mulierū. Amator: qui ꝓclinis est ad amādū naturaliter. Amās ex causa amat: amator fingi potest: amās vere amat.

Amatorculus diminutiū. Plau. Mā q̄ sedulo mundiciter nos habemus/vir egre amatorculos inuenimus.

Amanter aduerbiū: significat beniuole vel/cū amore: vt expectatū meū aduentū abs te amanter videbam. Amice ꝙ significat quod amicus facit vel facere debet: vt amice facis.

Amatorius ria. rium. quod ad amorē pertinet. Unde amatoria carmina. Hinc amatorie aduerbiū: quod est ad similitudinē amantis.

Amatoriū substantiuū: genus quoddā veneni: amorē vel insaniā ingerētis: q̄ et philtra grece dicimus.

Amatorie dicta fuit vna ex musis: q̄ Erato grece dicit.

Outō. Utilis amatorię: vtilis mihi cādida clio.

Amabile: quod est dignū amari. Plautus. Cōpara labella labellis: bella es atq; amabilis. Cuius contrariū est inamabile. Hart. Inamabilis sciurus et frequens phęnix.

Amabundus: qui abunde amat. Copiā em̄ in bundus terminata denotant.

Amabo cū accentu in antepe. interiectio amātis est: sicut sonat verbū comicis valde familiaris. Plaut⁹. Uoli amabo verberare lapidē ne dēs manū.

Amasius vel amasia: qui et quę amat vel amatur: sicut amans cū est substantiuū.

Amicus ab amando dicit. et honesta in re est. Est em̄ q̄ amat: et indissolubili familiaritatis iure coniunctus. Paul. Amicos appellare debemus/nō leui noticia cōiunctos: sed quibus fuerint iura cū patrefamilias honestis familiaritatis quęsita rationibus. Cui⁹ cōtrariū est inimicus. Amica quando ad virū refertur inhonesta in re est quasi concubina. Tu ꝙ non amicus es/sed amator eius: quoniā amator est qui ad tēpus et venerea amat. Et amor huiusmodi amatio dicitur. Terē. Were putaui hunc pamphilū amicū amatorē viz. Dona. Amicus animi est: amator corporis. Amator ad tēpus/amicus in perpetuū. Plaut⁹. Animis pene inepta atq; odiosa eius amatio est.

Amicus ca. cū. si iungaē cū re inaiata: significat vtile siue gratū: vt amic⁹ prati humor: amica frugib⁹ gestas: amicū plātis sidus. Hinc fit cōparatiū amicior/nō amicitior: suplatiuū amicissimus. Itē amice amicius amicissime. Sic inimicus ciorcissimus.

Amiculus diminu. Horā. in Episto. Discę docēdus ad huc quę censet amiculus. Amicula diminu. ab amica. Plini⁹. Miserat etiā epistolas romā ad amiculā quandā. Sue. in Cali. Quotiens vrozis vel amiculę collū exosculareē. Hęc em̄ diminutiua plena blanditiaꝝ: et amatoribus accōmodata sunt.

Amicitia ab amicus fit: quę est studioꝝ oīm voluntatū q̄ cōsensus. Cuius contrariū est inimicitia. Ienni⁹. Amicitiā atq; inimicitiā in fronte ,pmptā gero: sed ī frequentiore vsu inimicitię dicuntur.

Amomū penul. produ. arbor est: vt Plinius libro. xij. scribit: forma e vite labrusca frutice venoso/palmi altitudine. Uertus cū amelinus insignis medicus/ita scribit. αμωμον εοικε την Αυναμιν ακορω πλεροτιξεροτερον εστι τοακορον πεπτι κωτε ορον Δε πωστο αμωμον.

Amodo cū accētu in añ penul. significat posthac. Apu. Nemo me amodo tā mane egredientē solū videbit.

Amgbeus in prima cum oe/et in secunda cum e. genus carminis: in quo qui canunt: vruntur equali numero versuū: et ita se habet ipsa responsio: vt aut mai⁹ aut contrariū aliquid dicat: vt est apud Uir. Uis ergo inter nos. Quoniā αμειβομαι est adinuicē respōdeo/retribuo et migro: et plura significat. Inde αμοιβαιοσ mutuus vicissitudinarius.

Amgnum cū oe diphtongo/ab a sine et munus: q̄ sit res grata/sed sine fructu. Uel (vt inquit Seruius) a mgnio munio/vel fructū capio. Unde qui nihil prestant/immunes vocantur. Fest. ab amo deriuat cum ait. Amgna loca dicunē/quę ad se amanda alliciunt. Hinc amgnitas et amgnitudo.

Amgno nas. delectatione afficio. Cypri. ad Dona. Et dū in arbores et vites: quas videmus oblectante ꝓspectu oculos amgnamus animā: stimul et auditus instruit et pascitur obtutus.

Amolior iris. er. a et molior: quod est a mole significat amoueo. Et proprie de his dicitur quę cum magna difficultate summouentur. Terenē. per translationē ī Andria pro recedo posuit. Proinde hinc vos amolimini: nā mihi impedimento estis. Admolior cū d.

significat supra pono.

Amorrhei: populi dicti sunt ab Emor patre Sichē/ vel ab amorrheo filio chanaan.

Amoueo ues. penul. corre. id ē de alio moueo siue remoueo. Plautus in Amphi. per translationē. Amoui a foribus maximā molestiā: id est abegi siue abire cōpuli. Quasi prius dixerit: Abigā ego iā hunc venientē ab ędibus. Quo itē modo Teren. in Adelphysus est. Ego hunc amouebo.

Amnestia latine: preterito ꝛ obliuio dicit in perpetuū: quasi lex obliuionis. μνησσεια memoria dicit: ab μνημη memoria et μνεω cū ἀμνησσεω.

Amnis fluuius: ab am circū/ ꝛ nare fluere: vel ab Ambio. Omnia em flumina circūeunt. Ideoq; corrupta pinguñ. Tñ ego credo ꝙ potius a greco deducat: cū et Calimachus dicit in hymno Dianę. Δοσ δε μοι ἀμφιπολοισ' αμνιδασ εικοσι νυμφασ cuius interpres Calimachus ita scribat: ἀμνησσοσ ποταμοσ κρητησ αφουκρητικασ.

Amneses: vrbes prope amnes site/ vt a mari maritime: vñ interamnes: que inter amnes posite vel auerse habent amnes.

Ampelus penult. ,pduc. promontoriū est: sicut scribit Strabo in Samo ex aduerso drepani montis Icarij. Sed et iuga omnia que totā samū faciunt montosam: eodē nōie vocātur Ampelos.

Ampelos greçe/ vitis vel vinea: cū accentu in antepenul. Tñ αμπελολευκη ampeloleuce: vel a qualitate coloris/ vel ꝙ eius radix cōrita et corpori infricata/ teneriorē ꝛ cādidiorē cutē reddat. Mā ꝛ succus baccaꝝ eius lac vberibus siccis reddit.

Amphi latine: circū siue vndiq; aut vtrinq; significat: ꝛ inde multa cōponuntur.

Amphibolū penult. corre. ambiguū dicitur: ex ἀμφι vndiq; et βουλη consilium/ senatus/ cōsistoriū: vel ἀμφι και βαλεσθαι. i. vtrinq; percutit: vt theodorus gaça in quibusdā locis Homeri.

Amphibolia penul. cor. ambiguitas.

Amphibologia penul. produc. dubiū dictum. Figura que fit vitio cōpositionis: cum in ambiguo posita sit sententia. Et modo fit per accusatiuū: vt/ Rio te eacida romanos vincere posse: modo per verbum cōmune: vt cū dicimus: Cato iniuste criminat. Incertū est em an ipse ab alio criminet/ an ipse aliū. Modo per participiū: vt vidi statuā aureā hastā tenentē. Mō p homonyma: vt si quis dicat aciē: nec exprimat oculi vel gladij vl exercitus. Potest etiā fieri alijs modis. Cōponiturq; ex ἀμφι et λογια sermocinatio: quasi sermo ille sententiā dubiā indicet.

Amphilogos sil'r sermo dubius dicitur.

Amphibia: aialia in terris vel in aquis viuentia. Amphibion greci dicunt: quod est duplicis vitę. Col. lib. ix. Venio nunc ad aues: quas greci vocant ἀμφιβιον. quia nō tm terrestria: sed aquatilia quoq; desiderant pabula: nec magis humo q̄ stagno consueuerūt ab ἀμφι και βιοσ vita: ꝙ in ambob⁹ elementis degant. Ambro. Quinetiā cū pleraq; pedes habeant: ꝛ ambulandi vsū: eo ꝙ sunt amphibia: que vel in aq̄s vel in terris viuant: vt sunt phocę/ crocodilli/ equi fluuiales. ἀμφι circum βιοσ vita.

Amphibrachus penult. corre. pes est ex prima et vltima breuibus: media producta: sic dictus ꝙ in vtraq; parte breuē habeat. βραχησ em breuis dicitur: vt cupido.

Amphimacrus et amphimacer penult. corre. pes ex tribus syllabis constans prima et vltima lōgis media correpta/ vt pallidi: sic dictus ꝙ vtraq; parte longā habeat syllabā. μακροσ em longus. Est cōtrarius amphibrachо.

Amphimachus nomen viri propriū.

Amphilochus penulē. corre. phus athenien'sis qui de agricultura scripsit.

Amphitheatrū penul. ,pduc. pōt dici vndiq; spectaculum/ ꝙ ex duob⁹ theatris sit factū. Mā duo theatra sunt. Theatrū em hemicycli formā habet. Ponitur autē p loco spectaculi vbi pugnabāt gladiatores. θεαομαι specto ελληνησσι δε θεατρον.

Amphitrion: herculis genitricis cōiunx. Unde et patronymicū Amphitryoniades a poetis dicitur.

Amphitrites es. penul. pdu. fingitur a poetis esse vxor Neptuni: ꝛ significat mare: ab αμφι circū: et τρειν terrere. Vare em circū se nauigantes perennidi terrore insequit. Hesiodus in theogonia.

Amphitape: vestes vtriq; villos habentes: ab ἀμφω quod significat duo. Var. Alterū bene acceptū dormire sub amphipata bene molli.

Amphimala: ꝙ vtraq; parte sint villosa/ sicut amphitapetes. Erant tunicę gausapinę ex vtraq; parte pilos habentes: que et gausapia dicebantur. Erant et Amphimalschala ab axillis dicta et ingenuis dicatas. sicut heteromalschala seruitijs. Auctor Iul. Pollux. Mā ex altera tm parte visū heteromallon vocabant et malloten quoq;

Amphora penult. corre. genus vasis vinarij duas ansas habentis: sic dicta ꝙ ex vtroq; latere capta feratur. Sunt autē amphorę. quas et Ceramia et Dolia et Tretas/ et latine quadrātalia vocāt: alię minoris mensurę/ vt Italicę: alię minoris duplo/ vt Antiochicę. Cados autē a grecis quoq; p amphoris quādoq; acceptos fuisse scribit. Mā et cadus antiochicus amphorā capiebat Italicā. Apud Festū continebat cōgios octo: id est sextarios. xlviij. Sextarius vncias xx. ab ἀμφι και φορεω ιουτεστι φερω: ꝙ sit vas portatile huc et illuc.

Amphorarius: qui mercedis gratia amphorā portat: quē greci Amphorephoron dicunt.

Amphoterodexios: greçe ἀμφωτερολεξιοσ: id est ambidexter.

Amphion penul. p. Iouis ꝛ antiopes: vl'r'm aliquos Mercurij filius: a quo suscepta lyra adeo dulciter canebat: vt saxa ad structendos muros thebanos trahi/ se dicat. Hor. Dictus et amphion thebanę conditor vrbis. Saxa mouere sono testudinis. Q̄ ideo fictū est: q̄ eloquij suauitate homines rudes ꝛ incultis moribus ad obsequij ciuilis pellexit disciplinā: quod idē Hora. exposuit: nā quū dixisset sono testudinis addidit ꝛ pce blāda. Ferunt hunc iuenisse musicā. De amphione lib. i. Apollonius rhodius in argonauticis.

Amphyctiones: publicū grecię consiliū. Unde decreta amphyctionū citat Demosthenes in oratione ꝙ Ctesiphonte. Constabat autē Amphyctionū comētus ex septē grecię ciuitatibus: vt docet Stra. libro ix. Unde autē Amphyctionū nomen deducatur: docet Diony. lib. viij. Amphyctionē Heleni filiū commentū esse amphictionicū filiū: cui ab ipsi⁹ nōie nomē indiderūt. Hic amphyctionic⁹a. um. vt leges amphyctionicę: quib⁹ ad p̄cordiā colendā inuitabant.

Amphrysus pe. p. fluuius thessalię: iuxta quē armenta regis admeti apollo pauisse traditur. Luc. libro. vi. Qui flumine puro Irrigat amphrysus famulātis pascua phębi. Hic amphrysiacus ca. cum. Papi. Huc amphrysiaco pastor de gramine carpsit. Est ꝛ nomen duaꝝ vibiū. Vide supra in dictione Ambrysus.

Amphissa: nomen vrbis in locris: ab Amphissa Dacraris et Apollinis filia.

Amphimerinon: febris ē quotidiana: et ex humoribus corruptis/ p̄sertim pituita coalescit. Ephimerinō ꝙ vnius diei febris est.

Amplector teris. xus. a quo amplexor aris. frequentatiuū: quod a Pulciano inter cōmunia numerat. Est

autē amplecti circūnectere. Lucil. Quis amplexetur qui velit ego nō sinā me amplectier. Cicero pro Cluen. Auctoritatē censorū amplexator. Dicitur et amplexor. Plau. in Cis. Annus ei amplexa genua. Gell. Eūq complexus atq exosculatus est. Est et amplexus us. nomen.

Amplū dicit magnū/ spaciosū: quod late patet/et permultā diffundit: quasi oīm ex parte plō magnū dicit/ quod in cumulū sui z magnitudinē crescit.

Amplitudo: vt Cicero libro secūdo artis veteris scribit: est potentię aut maiestatis/aut aliquaq copiarū magna abundantia.

Amplius aduerbiū significat plus. Et quādoq iungit ablō. Ces. cōm. vii. Ita vt nō amplius quattuor diebus ex terra emineret. Quāq actō. Virg. Noctē nō amplī? vnā falle dolo. Quādoq ntō. Ces. cōm. v. Amplius octingentę quę vno erant tempore a litore discesserant.

Amplio as. z amplifico as. paugeo sumunt pro trahō. Cice. lib. iiij. ad Veran. Aut istū hominē nefariū ampliauerit. Liui. lib. iiij. ab vr. scribit Posthumiā virginē vestalē ampliatā/ deide absolutā p collegio pontificū fuisse sententiā: hoc est per ampliationē in secundā actionē interposita dilatione/ practā: vt scz bis causā dicere posset. Romani eīm iudicia hoc mō peragebant. Nō autē statim sententia dicebatur a iudicibus/si absoluendus esset reus: aut amplius pronunciabatur si videretur esse damnādus: et tūc iudices dicebāt: Nō liquet: hoc ē obscura causa ē. Hinc ampliatio nascebat: quę appellata ab eo videt quasi amplius dicendi pronunciatio: quia qui ampliabatur: interposita dilatione rursus ad agendā causam redibat. De hac ampliatione intelligit Cicero. Tertia in Ver. acti. cū ait. Et si lex ampliandi faciat potestatē: tamen isti sibi turpe existiment nō primo iudicare. Idē p Linna. Cū ampliandi potestas esset dixisse sibi liquere.

Ampliuagus ga. gum. penult z. correpta: quod in amplū vagatur. Cicero lib. iiij. ad Here. Ampliuagas imagines reddunt.

Amplustre in plurali/amplustra vel amplustria: nauiū ornamēta. Sed cōtra cōmunē corruptelā/ sine m. scribendū opinor: attentis deriuationibus: ab ἀ priuatiua/ z πλεω nauigo: quoniā sine gubernaculo illo puppis nō sit p mare nauigandū: ḡterea esset prima longa, pter duplicē ꝓsonantē. Et ideo Li. corripit i ara tea. Nauibus assumptis fluitantia querere aplustra. Itaq ad indigentiā nauigationis nauī adhibentur. Fest. Nauiū ornamēta quę q? amplius erāt ḡ necessaria essent: etiā amplustria dicebant: sic aplustra vel aplustria sine m. et pma ad placitū. Idē. Fulgentar goe stellis aplustria puppis.

Ampulla p duplex ll. olearij vasis genus quo in balneis vtebantur. Apul. in floridis. Hippias prędicauit ampullā quoq olearią quā gestabat semet sibi fabricatā. Cicero lib. iiij. de fini. Si ad illā vitā quę cū virtute degatur ampulla aut strigilis accedat: sumptuū sapientē eā vitā potius cui hęc adiecta. Per trāslationē dixit Hora. Proiecit ampullas: p eo qō est: verba turgentia z sufflata abiecit. Sunt eīm ampullę ventrosę et turgidę. Ampulla etiā vas vitreum est. Suet. in Domi. Prandebatq ad satietatē: vt nō temere super cenā prēter matianū malū/et modicā in ampulla potiunculā daret.

Amputo as. penl. corre. circūputo seu aufero. Hiero. ad Euse. Alię virili habitu veste mutata erubescunt fgnię esse qō natę sunt: crinē amputāt: z erigunt facies eunuchinas. Idē in ꝓlogo Judith. Multoq codi cū varietatē vitiosissimā amputaui. Sola ea quę intelligētia integra verbis chaldęis inuenire potui latinis expressi. Hinc fit aliud cōpositū quod est peram puto: z significat pfecte seu totū puto/incido. Col. liviij. Ferro quoq cautissime circūsecari oportet: ne dū amputat etiā qō infra est anial vulneremus. Id eīm cū sauciat venenatā sanię mittit: ḡ repsitū vulnus ita insanabile facit/ vt totū amputandū sit.

Amula penul. correpta: genus vasculi ad aquā gestandā: quod religionis z expiandorū malorū gratia gestatur. Dictū quasi amola/a molędis periculis. Huius diminutiuū est amulula.

Amuletū: genus remedij quod aduersus inuidiā et venēficia putatur valentissimū: ab amoliendo/ non ab amulo vase dictū. Plini. Infantibus alligat succinū amuleti ratione formā vasculi habens.

Amurca: sordes olei quę precedunt. Mā quę sequuntur/feces vocantur. Hoc nomen per c. scribit/sed p/ ferē per g. vt fit in Caius et Cneus. Hinc examurcatus: quod est sordibus purgatus. Amurca contra cutices z limaces vim habet maximā.

Amussis per duplex ss. fabroꝝ et lapicidaꝝ regula/ qua ad dirigenda ligna saxaq vtunt. Sed late p oīm ordine ponitur. Unde amussim aduerbiū/ z ab eo cōposita adamussim et examussim: id est recte castigate/ regulariter. Gel. lib. j. Ad hęc scripta oīa antiquiora tā curiose expectabat/aut virtutes pensitabat/aut vitia rimabatur: vt iudiciū ē factū adamussim diceres examussim/examinare ad regulā. Plau. in Am. Si vera hęc loquitur examussim est optuma. Hinc emulsicata dicunt quę ad amussim facta sunt.

Amycle pluraliter: nomen est vrbis laconię. Tindari regio: in qua nati sunt Castor et Pollux. Alia est in Italia inter Tarracinā et Fundos in paludib?/a Lacedemonibus cōdita: vt inquit Seruius. Hinc amycleus a. um. Amyclei cū pythagoricā sectā sequerentur/ vt abstinerent eędē animaliū: nec vicinę paludis serpentes interimerent/ab illis deleti sunt. Sed cū phō nūciatus esset aduentus hostiū: postea cautū est ne quis amplius nunciaret. Inde ex iprouiso captę sunt amyclę. Hinc prouerbiū. Loqui volo: nā scio amyclas tacendo perūsse.

Amydon penul. coz. ciuitas Peonię: de qua auxilia missa fuerunt troianis. Iuue. Est hic amydone relicta.

Amygdala le. pe. coz. nux greca: grecaq est dictio: quę z Thasia dicit. Hiero. in li. numeroꝝ. Qui solūs delatatis i amygdalas deformati sunt: amygdalū etiā neutro genere dicit, p fructu. Palla. Hzeci asserunt nasci amygdala scpta/si apta testa nucleū sanū tollas z in eo quodlibet scribas: z iteꝝ luto z porcino stercore inuolutū reponas. Amygdalus, p arbore. Colli. iū. Amygdalus si paꝝ ferax erit: pfozatā arborē lapidē adigito. Hiero. in Eccle. Amygdalus florebit: ipinguabit locusta. Hinc amygdalin? na. nū. pe. coz. Sere. Fere amygalinę succi? nucis esse bibendus.

Amyris gen? arboris ē: vt inqt Hiero. qō latini putantes myrrhā dictū/ vtrūq interpretati sunt. De cui? arboris noticia hoc solū ad nos puenire potuit: q? odorē solū habeat suauē. nullū th̄ afferat fructum.

Amylum pe. coz. latine sine mola factū: vulgo amydū dicit. Nā α priuatiua particula est. μυλος mola: quasi sine mola. Fit ex triticeo lacte expsso: cum tritē cum p aliquot dies in aqua purgatū est.

Amythaon melāpodis pater fuit: qui inter medicos prędarus habitus est. Silr z Chiron.

Amystis (vt aiunt) potio quędā est apō Thracas. Alij volūt esse speciē poculi: eo q necesse sit vno ductu pōtionē haurire. Hora. libro j. car. Bassum threicia vetat amystide. Forsan ab α priuatiua et μυειν mysceri: z sic per i. latinum in ꝓncipio esset scribendū.

An aduerbiū interrogandi:et pro nūquid ponitur. Cicero. An ꝙ Romulus ille aut pastores aut conuenas congregasse:aut sabinorū connubia coniunxisse: aut finitimoꝝ repressisse eloquētia videtur. Sed aliquando transit in vim coniunctionis/cū sermo dubitatiuus est:et tunc fere subiunctiuo iungitur: vt/Nescio an viuat pater:dubito an viuat pater: dubito an vera loquaris. Sed qñ sermo opinionis est/ꝙ indicatiuū potius loquimur: vt opinor ꝙ pater aut mortuus est/aut grauiter ęgrotet.

Anna per duplex nn.interiectio est deprecātis:et nomen mulieris,priū:quod interpretatā gratia eius.

Ana per simplex n.dictio greca est:ꝛ apud nos mō surū/modo re significat αρα.

Anabasus,αναβασισ.ascēsorius. Hiero.cōtra Rufinū. Iccirco ne cereales et anabasij tui p diuersas ꝓuincias cucurrerūt/vt laudes meas legerent.

Anabathra:pulpita/ gradus superiores scansiles/ aut instrumenta scabellorū/ aut subsellia. Dicta anabathra ab αναβενω:quod est surſū ascendo. Iuuena. Et quę conducto pendēt anabathra tigillo.αναβαθρα:scala vel pulpitum.

Anabolagiū seu anaboladiū/ greco vocabulo dicitur: eo ꝙ de inferioribus ad superiora eleuetur/pectori ꝙ iungatur. Vnde et pro amictorio ponitur quo humeri operiuntur:quod syndonē vocāt αναβαλλομαι:veste reūcior.

Anaetis idis.nomen deę cuiusdā:que a Lydis colebatur:quę a Strabone anaitis dicitur. Erat et Anaitis quędā Armenię regio. Plinius libro.v. Fluit Euphrates derſenē primū:mox anaeitiā regiones Armeniā a capadocia discludens.

Anarimenes philosophus fuit Emystrati filius/Anaximandri discipulus successorꝙ:qui eo die obijt quo Sardis capta fuit.

Anauros fluuius thessalię:quasi absq; aura dict⁹. Lucli. vj. Quicq; nec humentes nebulas/ nec rore madentē. Aera nec tenuē ventos aspirat anauros. De hoc fluuio vel potius torrente Apollonius poeta in argonauticis lib. iij. plura scribit/etiā in nono versū a principio. Et Pelio mōte Thessalię fluit.

Anacephaleosis pe.,pdu. breuis recapitulatio in qua repetitio rerū sūmatim fit. Hiero. cōtra Iouī. Rursū in iudiciū volumine quasi viuēs resurgēsq; describitur: et sub anacephaleosi opera illius prędicātur. Grece αρακεφαλεωσισ.

Anacharsis phs ex Scytharū genere/sapientię admirande: vt scribit Cicero libro quinto Tusculanarū. Apud sordidissimos scythas sapiens floruit Solonis temporibus:cuius imaginibus inscriptū est lingua ventre pudendis abstinendā esse. Plinius tradit: Anacharsim inuenisse rotā figuli:cuius circūtu vasa formātur. Sed si(vt inquit Seneca)apud Homerū longe antiquiores inueniatur figuli rota; non video quomodo Anacharsis esse auctor huius rei potuit. Ibat nudis pedibus: dormiebat in terra:et fimē,p pulmēto habebat. Hic leges arancis telis Hispanis similimas esse dicebat.

Anacliterium: lectulus: vulgo Bataracius super quo quiescimus interdiu: qualia celebrantur Florentię tuscanica. Et apud Lampridiū in Heliogaballo accubita: ab aliis Sibadia dicuntur. αρακαι κλινω και καικλιρηλεχομαι.

Anadiplosis penulc.produc. dici potest reduplicatio. ex αρα:quę in cōpositione significat re: et διπλωσισ a verbo διπλοω/duplico. Duplicatio. Est em̄ congeminatio dictionis in vltima parte precedentis versus/ꝛ prima sequentis. Ver. Certēt et cygnis vlulę sit tityrus Orpheus. Orpheus in siluis:inter delphinas arion.

Anachorita penulc.producta: eremita. Anachoresis eremus: vnde monachi anachoritę eremū incolētes: quoniā χωροσ locus dicitur:cum αρα verbum: αραχωρεω secedo.

Anacreon nomen viri proprij poetę lyrici:a quo metra anacreontica dicta sunt. Teus patria fuit a Teonię ciuitate. Ex qua etiā Polycrates historic⁹ annauit puerę noie Batillū/visenda pulchritudine spectabilē. De quo Horaci⁹. Nō aliter samio dicūt arsisse batillio Anacreonta teū. Perūt acino vuę passe strā

Anemos penul.,pd.latine exanguis dicit. (gulatus. nā αι,μαι sanguis a grecis dicit:ꝛ a particula est ꝓ uatiua:inseritur autē n. ne collidāt inter se vocales. Anemos ꝙ pe.cor.ventus est ανεμοσ.

Anaglypha penulc.,pducta:nomen habēt ab asperitate: vt Triglypha celaturis inequalibus eminentibusq; ob id:quia nō sunt lenia seu aspera et plebeia voce Releuia dicūtur: αρα em̄ super: Υλυφω sculpo:anaglyptes sculptor/anaglyptices ars sculpendi. Plinius. Nunc anaglypta in asperitatēq; incisa circūlata auro. Hinc anaglypticus ca.cū. Sidoni⁹ anaglyptico metallo.

Anagnostes latine lector dicit. Nā αναγνωσκω lego. Anagnosis:recognitio/lectio.

Anagoge ges.penul.,pduc.latine recessus dicit:subtilis siue excelsa/aut superior intelligentia.ab αρα και αγωοθερ αραγωγη ductio.

Analecta: purgamenta ęnarū/et quisquilię ciborum: quas sub mensa cadentes vt asportare possint scoparij verrentes pauimentū colligunt. Var. In prędio scopas testaꝛ palma fuisse. Scia sed scopis nūc analecta dabunt.

Analesia dicta est:eo ꝙ sanas partes capitis sensu priuet. Fit aut nasciē ex negligentia stomachi: aut ex nimio cibo/aut ex luxuria/aut por⁹ frigidos: vel nimiū cogitādo/bibēdo/vel ex indigestione ciborū.

Analogos:latine ,proportionalis/similis. Analogia penul.,pdu.,ppietas/,portio siue cōuenientia/ similitudo. Cice. Or analogiā stoici nos appellemus conuenientiā/nō placet. Quinc.lib.j.institutionū. Analogia ꝓcipue:quā,prime ex greco trāsferentes in latinū ,portionē vocauerūt:hęc est eius vis: vt id qđ duobus est:ad aliquid sile de quo nō queriē referat: vt incerta certis ,pbet:vt si quęraꝛ funis masculini an fęminini generis sit/ ex eius diminutiuo cognoscit: qꝛ funiculus generis masculini est.

Anapestus pes ex duab⁹ syllabis breuib⁹ ꝛ tertia lōga: Cōponit er αρα re:et παιω ferio:eo ꝙ repercutiat dactylū sono recipiroco. A grecis antidactylus:quasi dactylo cōtrarius. Cice.lib.ij.Tu. Nō adhibetur spartheis villa sine anapestis pedibus restitutio.

ad calcem. i. a principio ad finē: quod perinde est: ac si
diceretur a capite ad pedes. Aliquando sumitur p2o
pedum percussionib⁹ plagisq̄. Ter. in phor. Nam/
q̄ inscitia est aduersum stimulos calces. Iuue. Aut
dic: aut accipe calcem.

Calx semi gene. seu calcis: lapis coctus sic dictus q̄ in
edificijs calceat. Nam ita lapides simul astringit vt
calcari videat. Palla. Calx quę erit ex spisso et duro
saxo structuris cōuenit: ex fistuloso vero aut molliozi
lapide tectozijs adhibeē vtilius. Fit autem de albo:
spisso z durioze saxo. Coquit fornace calcaria.

Calcata edificia dicunt calce p2ecta: q̄ z lozicationem
et tectozij appellāt z h̄cipue si leue politū ve fuerit:
vt supinduci possit peniculis vel albarij vel pictura
ad venustandā structurā.

Calcaria fornax in qua calx coquit: sicut sulphuraria i
qua sulphur. Ply. Super repertum oleas gaudere
maxime cinere e calcarijs fornacibus. Est autē adie/
ctiuum calcarius ria. rium. Calcarius vero qui p̄est
fornaci calcarię. Cato de re rusti. Calcari⁹ ligna con
ficit ad fornacem.

Calcaneus z calcaneum vtroq̄ modo dicitur p parte
posterioze pedis imi. Virg. Continuis rimis calca
nea scissa rigebant.

Calceus pedis indumentū: qđ fit ex pellib⁹ animaliū a
calce sit. Lice. lib. j. ar. veteris. Si multus erit in cal
ceis puluis ex itinere p̄uenire opozebat.

Calcearij idē qđ calceus. Ulp. titu. de alimēt? legat?.
Diarijs vel cibarijs relictis neq̄ habitationem: neq̄
vestiarij: neq̄ calcearij deberi palā est.

Calceolarius qui calceos p̄ficit. Plaut. in aul.

Calcio et calceo as. raro vsos auctozes inueni: semel
cū actō eius rei qua q̄s calciat apud Ply. lib. xxxvj.
reperi: sed p impono dictū ē. Arcesilaū q̄q̄ magnifi
cat Var. cuius se marmoreaz habuisse leenā tradit:
aligeroscz ludētes: cū ea cupidines quoz alij religa/
tā tenerent: alij e cozno cogerent bibere: alij calciarēt
soccos oīes ex vno lapide. Ablt̄o aūt lib. vij. Mos
quoq̄ vidim⁹ athanatū nole p̄digiose ostentatiōis
quinquagenario thozace plūbeo indutū corhurnisq̄
pondo calciatū p scenā ingredi. Gel. Die feriato tu/
nicis z lacernis indutos z gallicis calciatos: huius
cōpositū est excalceo. Suet. in Vitel. p maximo mu/
nere a Messallina petijt vt pedes h̄eret sibi excal/

Calceamen z calceamentū p ipso calceo. (ciandos.
Ply. lib. xix. Hinc calceamina z pastoz vestis.

Calceatus us. idē quod calceamē. Plyn. Itaq̄ longo
itinere sine calceatu atterunt pedes.

Calcar ferreus stimulus ad vrgendos equos sic dictū
q̄ ad calcem alligetur.

Calcitro as. penul. co2. pede pcutio. Hinc calcitrones
dicti sunt equi qui calcib⁹ infestāt. Hel. Equus moz/
dax z calcitro. Qui⁹ cōpositū est recalcitro.

Calcitrosus qui sepe calcib⁹ ferit. Col. lib. vj. Iuuencū/
q̄ recte tractū calcitrosumq̄ eū redibit.

Calculus a calcādo genus lapidis durissimi z rotundi
sicut ait Hiero. ad Dama. qui calce p2essus offēdit.
Qui. Per quas nūerabilis alte calculus omis erat.
Et calculus lapillus in cozpoze ex quo asperrim⁹ cru
ciatus gignit: qui aūt eo morbo laborāt calculosi di/
cunt a grecis lithanici. Ply. lib. xxj. Utunt alopeti/
as ad lithanicos opisthoronicos. Itē calculus dicit
quē latronē: seu latrunculū antiqui appellarūt: simio
res scacū vocant. Mar. Hic mihi disseno numerat
tessera puncto. Calculus hic gemino discolor hoste
perit. Quoniā aūt calculis facere rōnē solem⁹ Cal/
culus q̄nq̄ p rōne ponit. Cic. Itaq̄ tibi concedo vt
si te alicui⁹ dari penitet ad calculū reducas. Rursus
calculus minima pars ponder? ōr. Et culter lapide⁹
quo Esaię ppheteę labia mūdata fuere.

Calculosus qui calculis. i. lapillis in cozpoze abūdat.
Quo noie vsus est Ply. Et calculosus locus qui cal
culis abundat. Col. lib. vij. Loca aprica calculosa gla
reosa interdū z saxosa amat ficus.

Calculo as. rationē facio. Unde calculato2: a calculis:
id est lapidib⁹ minutis quos antiqui in manu ten en/
tes numeros componebant.

Calco as. compzimo: qđ z ad aīm trāsferē: vt calcauit
passiões: cui⁹ cōposita sūt p calco/inculco/et. p calco.

Caliga e. penulti. co2repta tegumentū tibiarū. Cuius
diminu. est caligula. Am. Colobio z pallio indutos
caligulis calciatos. Q quo militari calciamento ger
manici filius Caius Ro. Imperato2 cognomen sor/
titus est: quoniam in exercitu natus sit. Suso. Caius
cognomē calige cui castra dederūt. Q caliga fit cali/
gatus: vt miles caligatus. Iuue. Uemā caligatus in
agros. Dicitur z caligaris.

Caligula dict⁹ fuit Caius Imperato2: a caligis quas
margaritis refertas p̄mus portauit. Hic edificauit
ciuitatē quā calipolim nominauit.

Caligo pe. p2o. umbra est de spissitudine aeris effecta
qm̄ aeris colore gignat. Hinc caliginosus a. um. p2o
obscuro ōr et caliginosus vt apō Hie. Añq̄ offēdat
pedes nr̄i ad mōtes caliginosos. Caligo as. caliginē
induco: obscuro. Hie. in exo. Oculi ei⁹ caligauerāt.

Calaris ciuitas in sardinia: vide in dictione Sardinia.

Calchas antis. nomen p̄p̄ium greci auguris.

Calor z caliditas idē significant. Dicit z caldor. Var.
Olea lecta si nimiū diu fuerit in aceruis caldore fra/
cescit: et oleum fetidum fit.

Caleo es. calui: per simplex l. feruco/calidus sum. La.
lib. de opi. Qui aūt igne putauerūt: hoc vsi sūt argu
mento: q̄ p̄sente aia cozpus caleat: recedēte frigescat
In quo ostendit primitiui z deriuatiui diuersa signi
ficatio: vt caleat intelligat: calidū sit: irigescat frigi/
dū fiat: cōposita sunt concaleo z incaleo.

Calesco calidus fio: a quo cōcalesco z incalesco.

Calefacio z calfacio calidum reddo. Plyni. libro. xxj.

Chrysocomę radiꝭ calefacit et stringit. Hinc excalfacio a quo excalfactor⁹a.um. Idez. Excalfactorias habet vires. Cōcalfacio:incendo. Cice. Et ait idē cū brachiū ꝓcalfecerit tā solere pugnare.

Caleſio habet significationē passiuā illatā: vt hic calesit igni. A quo concalfio:et excalfio.

Calidus a.um.a calore sit: et modo feruentem signifi. Uir. Voluit ille vomens calidū de pectore flumen. Modo ferocē incōsultū. Pacu. Caue sis nimis calide loquaris ⁊ turbā cōcites. Modo velocem. Var. Cū hęc dixisset ecce calidis pedib⁹ quidā nauicular⁹ irrupit in curiā. Dicit et cald⁹ p syncopā. Var. Frigida nō deerit:nō deerit calda petēti. Sūt tn q̄ differentiā faciant inter calidū et caldū: vt sit calidū sponte nullo extrinsec⁹ calorē suggerente: vt ignis ⁊ spūs noster qui corpus animat. Caldū vero aliūde. Quo modo locutus est Pedianus. Corpus nudū caldarū sicut in lecto erat positū: vt vulnera videri possent in forū detulit. Sed ꝓfundit apud auctores.

Caloꝛificus a.um.quod calorem facit: sicut a frigore: frigoꝛificus.

Callus et callum vtroꝫ modo dicitur ꝓ duricie illa quę in manibus vel pedibus ex labore nascit. Plau. in Persa. Plus calleo ꝫ aprugnū callum callet. Est aūt callum aprugnū caro apri callosioꝛ: ob id saporꝭ iucūdioris. Et in Cap. Quanta sumini absumendo: quanta callo callamitas.

Callidus per duplex ll. astutus. Differtꝫ a versuto q̄ callidus sit ille(vt scribit Cice.)cuius animus vsu vt manus opera cōcalluit. Versutus cui⁹ mens celeriter versetur. Hinc calliditas quę ꝑm Aristo. est quedam ꝓudentię pars:quę ita versat in paruis vt ꝓudentia in magnis.

Calleo es. callui: ꝓpriē callosus sum: siue callū facio. Plaut. in pseu. Meꝫ ego boies magis asinos vnꝫ vidi ita plagis costę callēr:quos dum ferias: tibi pl⁹ nocebas. Transfert et ad animum. Idem. Occalluit animus. Cicero Sulpi. At qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet. Interdum callere est perfecte scire: q̄ sicut pes vel manus ex longo labore callum facit: ita mens longa experientia facit habitum quendam rerum: in quibus versatur. Et sic neutrum transitiuum est: vt dicenda silendaqꝫ calles. Et illud. Legitimumqꝫ sonum digitis callemus et aure. Huius verbi compositū est. Occalleo a quo occallesco. Plau. in asi. Qui latera conteram ma quę occalluere plagis.

Callisceꝛe est callū fieri. Cato. Aures nobis callisc̄unt ad iniurias.

Cales oppidū in Gallia:aliud in cāpania: a quo cales populi iurta falernos et massicos: de quib⁹ Virgl. Aequoꝛa quicq̄ cales linquūt. Hinc calenū vinū.

Calendę primus dies mensis: ⍺καλέω καλω voco quia solebat Romę minoꝛ pontifex noua luna ꝓspecta plebē vocare in capitoliū: vt audiret quot dies a calendis ad nonas superessent.

Calendaris et hoc calendare: qō ad calēdas pertinet: vt Iuno calendaris.

Calendarius a.um.idem est vt calendarius liber. Vide in ephemeris.

Callis via callo perdurata. Virgl. liō. viiō. Rara per occultos ducebat semita calles.

Callimachus penul. cor. nomen poetę cyrenensis qui ꝓnceps inter Elegiacos habet. Fuit ⁊ alius historicus egypt⁹: de quo Suidas noster υιὸσ βαττου καὶ μεσαλλαν μαθητὴσ ερμοκρατουσ et multa:et quot fuerint longe ꝓsequitur.

Callisthenes penulti. coꝛ. nomen philosophi:et apud nos pulchritudinis potentia dicit. Hic fuit olinthi⁹ Alexandro magno familiaꝛ ex cōdiscipulatu apud Aristoti.accitusqꝫ ab ipso rege ad ꝓdenda memorię gesta eius asiatica. Huic nocuit immodica libertas grauitasqꝫ inuisa regi cū haud quaq̄ male assentātū accōmodatus ingenio esset. Nam cū Alexan. magnus ex persico supbię regię moze adozari vellet acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit palam dicitās Alexandrū non adozandū esse: q̄ res ⁊ illi et multis ꝓncipib⁹ macedonū exitiū fuit. Siqdē Alexander Callisthenē ꝓpter adozatiōis pertinaciā interpellatū moze: ꝓiurationis conscīū fuisse criminatus est: eūqꝫ truncatis mēbris abscisisqꝫ auricib⁹:ac naso:labiisqꝫ deformatū:cū cane in canam clau sum circūferri iussit:diuqꝫ toꝛtum tandē necauit. De hoc Sene. liō. vj. questionū naturaliū. Fuit Callisthenī nobile ingenii et furibundi regis impatiens: hoc est Alexandri crimen eternū:q̄ nulla virtus:nulla bellorum felicitas redimet. Nam quotiēs dicetur: Occidit persarum multa millia:opponet: et Callisthenē. Quotiens dictum fuerit. Occidit darium:dicetur Sed et callisthenem occidit.

Calisto vna ex nymphis:et pulcherrima dicit. Fuit et Lycaonis arcadię regis filia: ex qua oꝛtus est arcas a quo arcadia. Quę postea versa est in vrsam q̄ dicit Arctos ⁊ iurta boꝛealem polū sita.

Calypso insula ꝓtra Trogloditas sita. Est ⁊ nympha oceani et Tethyos filia. Regnauit in ogygia insula ⁊ Ulissem naufragū hospitaliter suscepit. Qui. Ab quotiēs illū doluit ꝓperare calypso:de qua Homerus in odyssea: per y scribitur.

Calyptra e.genus vestimenti quo mulieres capita tegebant: a καλπτω tego.

Calliope penul.coꝛ. vna musarū ⁊ prestantissima quę etiā calliopea dꝛ: sicut ⁊ penelopę penelopea a pulchꝛo oze dicta ωψοπος vult⁹ et facies dicit καλλοσ pulchritudo. Preest heroicis versibus.

Calix genus poculi quo bibim⁹: q̄ eo calidā bibebāt: vt inquit Var. Nam ⁊ calidam ⁊ frigidam cōiuiꝰ veteres adhibebāt. Iuue. Calidę gelidęqꝫ minister. Q̄ꝫ ponit ꝓ maioꝛi vase. Cice. liō. iiō. Tus. Quid hic calix mulsi impingendus ē: vt plozare se desinat. Quādoqꝫ ꝓ vase in quo legumina ⁊ holera coquuntur. Ouid. liō. v. fast. Stant calices: minoꝛ inde faba bolus alter habebat. Var. calix a caldo q̄ in eo calida puls apponebatur:calices fictiles cululli dicūtur. Et calyx cū y significat foliculū: quo fructus arboꝛū cooperit:a καλυπτω cooperio.

Calliblepharon medicamentū quo fucant ornanturqꝫ palpebrę. Ply. liō. xxviiō. Calliplephari pari modo fuligo in hoc vsu temperatur.

Callirhoe fons apud athenas. Papi. liō. xij. th. Et q̄s callirhoe nouies errantibus vndis implicat. Hic postea a tyrannis reparatus Enneacrenos dictus est.i. salictes nouē. Martian⁹ de hoc fonte. Fontes multi attice inter quos callirhoe ꝺdicatur.

Calydon penultima coꝛrepta seu Calydonia etholoꝝ ciuitas regia Oenei patris Meleagri:et regio vicina:distat a mari septem milliū quingentoꝝ passuum spatio per quod Euenus fluit. Luca. Et melea greon maculatus sanguine nessi: Euenos calydona secat. Hinc calydoni⁹ donia.nium.⁊ Calydonis idis. Ouid. Plangūt se matres calydonides. Itē Clydonia sylua Britannię: vnde seui leones mittebantur: a qua Britanni quandoqꝫ Calydonij vocantur: secūda syllaba longa et tertia breuis. Var. Nuda calydonio sic viscera prebuit vrso. Idē. Quin te calydonios Ouidi visuꝝ Britannos. Cum autem de etolico agro intelligimus secunda breuis tertia longa: vt supra apud Luc. et Ouid. Tradidit aonius pauidā calydonida nesso.

Calydna insula:quā quidam vnam esse cum Calymna

Alīū calydnas duas leron et calymnam: quę sunt circa Rhodum. Strabo. alias ab his calydnas prope Tenedum constituit.

Calipolis vrbs thracię in extremo hellesponti a Caligula ędificata a q̄ nomen sumpsit: h̄ ē caligule polis.

Callipidę pe.cor. populi scythici: hispanū fluuiū incolentes: vt auctor est Herodotus.

Callistratus penul.cor. nomen viri ꝓprium.

Calon latine bonum siue pulchrum siue honestum. Et Calon dicitur lignū. Inde Calones calcei ex ligno. Quo etiā noie serui militū castra sequentes dicūtur qui clauas ligneas vel fustes gerebant: vel qui militibus ligna subministrabant. Hor. Hūc pminxerūt calones atq; caballi. Quidā cū Calones a calando deriuāt q̄ ad ministeriū aduocent. Alīū a calendis: q̄ calendarū die cibaria caperent ꝑ toto mense. Et calon nomen est statuarū.

Calopodiū calciamenti lignei gen°: qđ alio noie dicūt Soccum et p diminutionē socculum.

Calenum cū oę diph. vrbs campanię. xiiii. passuū millibus a capua distās. In cuius agro vinum optimum et dulce nascitur. Stra. Calenum vrbs in campania in primis eximia adiuncta Caselino. Unde Horati. Prelo domitam caleno tu bibes vuam. Quidā etiā calenum vinum accipiūt a calibus oppido cāpanię. Alīū a καλοσ quod est bonū et οἶνοσ vinū. Iuue. Occurrit matrona potens quę molle caleno. Et sic scribi potest cū oę. diphton.

Calpar doliū. Var. li. j. de vi. pa. Quia anteq̄ nomen dolū ꝓlatum esset id genus vasoꝝ calpar diceretur. Festus docet esse genus vasis fictilis: seu vinū nouū: qđ ex dolio demittit sacrificū causa anteq̄ degustet.

Calpe hispanię mons: circuitu nō magnus: altitudine ingens: vna ex columnis herculis: in cuius radicib° vrbs est nomine Calphę: vt inquit Stra. quo etiam nomine dicta ē insula in occasu post Gades angusto discreta freto αλλα καλπισ υλρια εστι.

Calua e. ōr os capitis vbi capilli esse ꝺsueuere. Var. Psilotro: faciemq̄ lauas: et ꝺpace caluam.

Caluus dicitur a cuius capite capilli defluxerunt: siue qui sine capillis nati sunt. Unde Ply. libro. xj. docet esse gentes naturaliter caluas quales Syconū qui capillo carentes gignunt. Hie. in leui. Air de cuius capite capilli fluūt caluus et mundus est. Hinc fiunt composita ꝓcaluus et recaluus: qui et recalualter dicitur de quibus infra.

Caluities et caluitium defluuium capillorum a capite: seu locus in quo capillorum defluuium est. Hieron. Ibidem. Sinautem in caluitio siue in recaluatione albus vl ruffus color fuerit exortus: et hoc sacerdos viderit cōdemnabit eum haud dubię lepre que orta est in caluitio. Sueto. Caluitū vero deformitatē iniquissime ferebat: sepe obtrectatorū iocis obnoxiam expertus: ideo deficientem capillum reuocare a vertice consueuerat.

Caluo as. caluum facio: a quo decaluo et recaluo. Primū significat valde caluo. Secūdū ab anteriore capitis parte caluo. Hier. in Esa. Decaluabit dns verticem filiarum syon: et dns crinem earū nudabit. Idē in leui. Sin aūt in caluitio: siue in recaluatiōe albus vel ruffus color ꝛc.

Calueo es. caluus sum. Plyn. lib. xj. Et quedā animaliū naturaliter caluent: sicut strutio cameli et cozui aquatici. Hinc cōponitur recalueo: quod est rursus in canitiem reuerto.

Caluescere est caluum fieri. Col. lib. vij. Potior tamē est ratio custodiendi ne nascatur: neue in colla caluescant. Ply. lib. xj. ꝓprium his caluescere omnibus annis cū seritur rapa. Dicitur et de agris. Col. lib. v. Propter mures atq; talpas sepe nouella castaneta caluescunt: id est rarescunt.

Caluata vinea apud Catonē et Plynū significatur in qua vites quidem sint: verū pauce: rareq̄: vt in caluitio capilli. Haz et greci loca satis fruticibusq; nuda phalacras: quasi calueta appellant.

Caluaria totum caput et carne nudū: et tam de brutis q̄ de hominib° dicit. Palladius: Eque caluaria sed nō virginis intra ortū ponenda est: vel potius asine. Creduntur enim sua ꝓsentia fecūdare que spectāt. Celsus lib. viij. Ubi capitis ossa et ipsam caluariam describit. Et Caluarie loca sepulture publica quas greci vocant polyandria: seu loca vbi decollabantur homines damnati. Hier. Extra vrbes et fozas portā loca sunt: in quibus truncantur capita damnatorum et caluarię. i. decollatoꝝ sumpsere nomē. Propterea autem ibi crucifixus est dominus: vt vbi prius erat area damnatorum: ibi erigerentur vexilla martyrū. Et quomodo ꝓ nobis maledictum crucis factus est et flagellatus et crucifixus: sic ꝓ omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigeretur. Si n autem quispiam contendere voluerit ideo ibi dominū crucifixum vt sanguis ipsius super Adam tumulū distillaret: interrogemus eū quare et alīj latrones in eodē loco crucifixi sunt. Ex quo apparet Caluariā non sepulchrū primi hominis: sed locum significare decolatorum: vt vbi abundauit peccatū: superabūdaret et gratia. Adā vero sepultū iuxta Hebron: et Arbee in Jesu filij naue volumine legimus.

Caluo caluis decipio frustroꝝ: cuius passiuum est caluor. Tractum a caluis militibus: qui omnib° solent esse frustratui. Pacu. Sentio te pater vocis caluī similitudine. Inuenit etiā caluoꝝ deponens. Plau. in Casi. Nam vbi domi sola sum: sozoꝝ manus caluitur: id est decipit.

Calumnia vexatio alicuius in litibus per fraudem et frustrationē. Cice. Existunt sepe iniurię calūnia quadā et nimis callida atq; malitiosa iuris interꝑtatiōe. Et calumnia dicitur cū alicui crimē falso imponitur. Hierony. Calumnia est cū iustis hominibus crimen impietatis obiicitur.

Calumnioſus qui calumniā inferre solet. Aug. Nemo illi calūnioſus tendiculas ꝟbozū requirit.

Calumnioꝝ significat per fraudem et subdolā rationem causa vincendi in litibus mendacijs alios vero: et calūniari est falsa crimina intendere: et modo cū accusatiuo: modo cum datiuo construit. Hier. lib. j. Re. Si quem q̄ calūniatus sum. Aug. lib. j. de ciui. dei. Et christianis tēporibus non calūniat. Hinc Calūniatoꝝ: qui calumniam facit. i. qui falsum crimē obiicit. Unde in lege. xij. tabularum. Calumniatoꝝ idem patiatur: quod reus si conuictus fuerit. Ponit et q̄q; ꝓ fallaci et doloso.

Caluinarius porcus qui cibo permixto ex colluuię hyeme nutritur.

Calastri pueri dicebantur canoꝝ vocem habentes inquit Uitruui° qui a regibus ad hoc munus queri solebant.

Calta herba nascens in segetibus: flore purpureo vel potius viola coloris albi.

Cambio bis. psi. cōmuto. Apud antiquos ꝟo cābire accipitur ꝓ pugnare: iter inchoare: flectere. A quo campso as. quod est iter flecto.

Cambyses penultima ꝓducta: nomen ꝓprium regis perse: cui Astyages filiam dedit in coniugem: ex qua natus est Cyrus: qui postea regnauit. Est etiam hoc nomine fluuius hyrcanię ortum habens in montibus Caucasi.

Camera penul.cor. a nris testudo seu fornix dicitur: et ipsa pars supioꝝ. s. tectū deuexum: et incuruū solariū a forma testudinis: q̄si camure. i. curue vt inqt Ser.

Camyros em̃ latine curuus dr. Papi. in sil. Effulgẽt camerę vario fastigia vitro In species aiosq; nitent. Virgł. lib. iij. Bc. Camuris hirtę sub cornib⁹ aures. Camerę igit̃ recta incuruate formata. Et camuri boues a curuatione. Pli. lib. xix. Velocitas pernix leui vmbra camaras et pergulas operientes.

Camerare cameram facere. i. fornicem ꝛ testudinem a quo cõcamero. Pli. lib. xxiiij. Dinocrates architect⁹ Alexandri Arsinoes tẽplũ cõcamerare inchoauerat vt in eo simulachrũ eius e ferro pẽdere in aere videretur. Inde cõcamerata loca dicim⁹ testudinea hoc est quę fornicibus constant.

Camerinũ penulti. pro. piceni vrbs ꝑclara a curuitate situs ita appellata. Ab ea camertes dicti sunt: quos Liuius scribit. P. Scipioni in armanda classe: qua in aphrica duxit cohortẽ vnã sexcento ꝛ militũ armatorum prebuisse.

Camertes populi picentini a camerino dicti.

Cameria oppidũ: et palus eiusdẽ nois in Sicilia.

Camillus ,prie puer ingenuus qui flamini dialis sacrificia ministrabat. Antiqui em̃ camillos: et camillas vocabãt ministros ꝛ ministras impuberes in sacris. Unde mercurius etrusca lingua Camillus dr: quasi deo ꝛ minister. Fuit ꝛ camillus ,prii nomẽ Romani viri qui Gallos expulit ab vrbe. Itẽ genus quoddã vasis camillũ dicebãt qõ opertũ in nuptijs ferebãt: quod alio noie cumera vocabãt.

Chamemellũ herba ab odore mali dicta quã vulgus camomillã vocat: ab aliquib⁹ melanthion dicit̃.

Camilla nomẽ Volscorum regine: quę Turno contra Eneam auxilio venit.

Caminus latine fornax dicitur. Virgł. libro. iij. Ruptis flammam expirare caminis. Accipitur etiã quãdoq; pro structura quę fumũ excipit. Sue. in Vite. Nec ante in pretoriũ redũt ꝙ flagrante triclinio ex conceptu camini. Cice. ad Atticũ. Luculento camino vtendum censeo.

Caminata loca dicunt̃ testudinata: ꝛ ad fornacis similitudinẽ facta. Pli. li. xvij. Scrobes vbiq; caminata fossura ore cõpressiore sint.

Camene cum ę. dipht. quasi canẽtes amęne. Amęnũ vero ab amando iucũdũ dicimus. Canunt em̃ antiquorum laudes. Var. Camene ab antiquis Carmene vel casmene dicte sunt: nunc abiecta r. vel s. camene vocantur. Alij camenas dicũt ꝙ sint caste mentis presides. Sunt aũt camene idẽ qõ muse. Musa ꝺo significat cantum.

Campana instrumentũ notum ad pulsandum idoneũ. A quo Nie. formauit dimi. cãpanula. Mã ad Eusto. scribit. Quo vsq; campanula in claustro pulsabitur. Aristophanes aũt comicus in ea comedia: quę ειρη ϸη inscribitur. κωλωρα πρὸσ αγορευει και ρο παλον αυτου και παλαι οσαγουειραι ita ꝙ malleus campane dicit̃ ropalũ li. et etiã instrumentum quo pulsatur ostium.

Campania regio Italię sic dicta ꝙ campestrꝭ sit a qua Campani qui in ea habitant. Ea nũc dicit̃ terra laboris fertilissima vbi capua ꝛ Neapolis ꝛ Cume.

Campus est grande atq; amplum spatiũ terrę quę plana sit. Unde spacio se platęq; areęve campi dicuntur. Vier. sup Can. Cãpus planities terrę dicit̃ cui cultura adhibet̃: et excolit̃ ab agricolis. Et campus solet accipi pro qualibet re in qua quis studiũ habeat. Dictus campus a capiẽdo ꝙ animaliũ seu rerũ multitudinẽ facile capiat: seu ꝙ veteres ex agro tantum plano capiebant fructus.

Campestria loca plana a campo deductũ nomẽ: vt in campestribus inquit Vier. Et apud Esaiã. Et erunt cãpestria in caulas gregũ ꝛ vallis achor in cubile armẽtorũ populo meo. Sic cãpestres opere dicebant̃ hi qui in campo martio seruilẽ operã candidato impertiebantur: et cãpestria dicunt̃ genitaliũ succincto ria: eo ꝙ ludentes in cãpis vestibus omnibus exuebantur ꝛ nudi ludebant solis cãpestrib⁹ tecti virilia. Hora. Penula solstitio campestre niualibus auris. Aug. lib. xiiij. de ci. dei. Cãpestria latinũ ꝺbũ est: eo dictum ꝙ iuuenes: qui nudi exercebantur in campo pudẽda operiebãt. Ũ qui ita succincti sunt campestratos vulgus appellat. Hec etiã brachę fẽminalia vel fẽmina: periçomata: succinctoria: subligacula appellantur: et lumbaria.

Camparius custos campoꝝ.

Campsores dicunt̃ vulgo q̃ collibiste ac trapeçite sũt.

Campe vermis genus hortenses herbas et arborum frondes infestans a verbo greco καμπτειν qõ est flectere. Colu. Nec solum teneras audent erodere frondes Implicitus conchę limax hirsutaq; campe. Hinc hippocãpe pisces qui ꝛ equi appellant̃ a flexu caudarũ quę piscose sunt.

Canastreũ promontoriũ est proximũ pallenę.

Canaan nomen filij Cham: a quo cananeus a. um.

Canna harundo: licet minor sit ꝛ maior calamo. Col. libro. v. de arundineto. Ea est autẽ senectus: cum vel exaruit situ ꝛ inertia plurium annorum: vel ita densatum est: vt gracilis ꝛ canne similis arundo ꝓdeat. Idem lib. viij. Degener arũdo quam vulgus cannã vocat. Et canna vas in quo ferebatur oleum. Colu. Urcei quibus oleum progeritur canne tegetes quibus oliua excipitur. Stra. scribit in aphrica ad cubitos quinos longas: crassitudine vero digiti minoris cannas nasci. Quare mirũ nõ videtur si in eis romã comportatũ oleum sit. Pterea canna vicus Gallię est: et vrbs Lycaonię.

Cannetũ: vbi cannarum copia ẽ. Palla. lilieta cãneta ponenda sunt.

Canitium: canna harũdo. Aug. super ꝑs. Mostis quę admodũ sibi faciũt de canitijs sagittas infantes.

Canne cannarũ tm̃ pluraliter. Vicus i apulia. Romanorum clade clarus.

Canalis a canna fit vna littera detracta. Et tã mas. q̃ fẽmi. generꝭ est. Fest. Canales per quos aqua ꝺfluit in vũs lapide stratis. Virgł. Currentẽ ilignis portare canalibus vndam. Est autẽ canalis lignũ ad canne similitudinẽ cauatũ a quo aqua deducit̃. Dicitur et hoc Canale. Sta. lib. i. syl. Flumina demerso trahit intemerata canali.

Canalicula diminutiuum parua canalis. Erasistratus medicus docet duas esse quasi canaliculas vel phystulas quę a faucibus deorsum proficiscuntur: per alteram in stomachum delabuntur omnia esculenta ꝛ poculenta: per alteram spiritus ab ore in pulmonẽ atq; rursum in os ꝛ nares commeat: per ꝙndẽ meatus vocis fit: et grece nominatur τραχεια ἀρτηρία id est aspera arteria. Lactantius hanc arteriã appellat phystulam spiritalem: alio nomine Lurgulio nominatur. Canaliculus diminutiuum a canalis in masculino genere. Victru. libro. vij. Canaliculus eatũ qui strigis appellatur. Col. lib. ix. Largiore cibo celerius pinguescit semper tamen etiã canaliculi milio repleti apponuntur.

Canaliculatus a. um. qõ est in canalis modũ factum. Plini. lib. xix. Quibusdã angusta ꝛ canaliculata: vt cacumina paucis foliacea ꝛ lata vt atriplici.

Canalicole pe. coz. forenses homines pauperes dicti ꝙ circa canales foꝛi consisterent.

Cannabis penul. coꝛ. herba ex qua fiũt chordę. Persi. Tũc mare transilias tibi torta cannabe fulto. Dicit̃ et cannabũ. Palladius. Hoc tẽpore cannabũ seris. Hinc cannabaceus a. um. et cannabinus a. um. qõ est ex cannabe. Col. lib. vij. Cannabinisq; funib⁹ cor-

nua iuuencorum ligata.

Cancellus ligna inter se modicis interuallis in trāsuersum: instar retis inuicem annexa: quibus scene et tribunalia atq; feneſtre muniri solēt: quos preteriri nō licet. Et apud priscos fere semper fuerunt erei: quoꝝ multi extant per basilicas distributi ad lignorū similitudinem fabrefacti: quorum lineole altrinsecus in quincuncem superpositę foramina linquūt: quib⁹ cū aer aspectusq; admittatur: prohibet accessus: seruatq; usus eiusmodi claustra vineis pro valuis foribus/q; apponi. Cice. in Quinti. Ab his cancellis ab⁹ me circunscripsi declinauero. Sunt ꝛ cancelli loca cancellatim: hoc est tessellatim transuersarijs lignis ac/cōmoda sessui. Suid. Cancellis primos imposuisse pedes. In sacris litteris cancelli vocātur specilla foraminib⁹ plena: ꝛ transuersim plagulis feneſtrata: quas vulgus ęlotypias vocitat. Vñ in prouerbio. De feneſtra domus meę per cācellos prosperi iuuenem: et video paruulos. Hos cancellos delitiosos. Licero libro de pfecto genere dicendi appellat transennas ab oculorū videlicet ꝛ foraminum transitu. Dit esm quasi per transennā pretereuntis strictim aspicimus. Et cancellis distincta est cutis elephanto⁹: quasi tessellatim conquadrata ꝛ in modū capsularū facta. Inde cancellata cutis dicta est a Plinio lib. ix. cuius verba hęc sunt: Elephanti cancellata cutis et inuitans id genus animaliū odore. Ergo cū extenta cute recepere examina arctatq; in rugas repente cancellis cōprehēsas enecāt. Preterea cancellus potest esse diminutiuū a Cancer. Cancello as. concido dilanio: dispungo: erado: deleo. Cancellatim aduerbiū: ad similitudinē cancelli.

Cancellarij dicunt scribe. Qua dictione vsus est Flauius Vopiscus scribens: a Carino Imperatore factum esse prefectū vrbis vnū ex cancellarijs suis.

Cancer cancri genus piscis: et signum cęli: qui et Carcinus dicitur. Luc. lib. ix. Par geminis chiron et id quod carcinus ardens. Cancri in syderibus a gentilibus inde dicti sunt: eo q̄ ad illud signū mense Junio sol dum venerit retrogradatur in modū cancri: longioresq; dies faciat. Et in vtroq; significato ē generis masculini. Ferūt hunc cancrum a Junone missum fuisse terreum: qui ex lerna palude erūt: et dum herculis pedem momordit pugnantis contra hydrā in sydus translatum.

Cancer canceris: neutri generis morbus est. Ouidi. Vtq; malum late solet immedicabile cancer: Serpere ꝛ illesas vitiatis addere partes. Idem. Contra Ruffi. Memo vnq̄ suam carnem odit cum morbo regio labentes: phtisi et cancere distillationibus mortem vitę preferant. Nascit hic morbus fere in omnibus corporis partibus: sed maxime in mamillis mulierum quę non purgantur menstruo naturali. Legitur ꝛ cancer cancri: genere masculino ꝓ morbo: vt apud Catonem de re rusti. Eadem brassica vulnera putrida cancrosq; purgabit: sanosq; faciet. Dictus cancer a cancri rubore: seu similitudine. Nam sicut illi pedes: ita huic vene protense ex vtraq; parte cernuntur. Vic alio nomine dicitur carcinoma: et grece carcinus dicitur. Suidas autem dicit Cancrum poetā tragicum fuisse: alterum etiam poetam atticum qui multa scripsit.

Cancri etiā dicebant qui nunc cancelli per diminutionem dicunt. Hoc est opus subtili materia in trāsuersum cōpacta ad similitudinē retis facta: q̄ frequētia foramina habeat: qualia sunt quę in corpore efficit morb⁹ qui cancer vocat. Unde Apu. vocat cancros orci/pro faucibus ꝛ tenacib⁹ stationibus.

Cangrena penulti. pro. species morbi alia a cancro: q̄ vt ait Pli. sanari potest: in hoc cancer ꝛ cangrena cōueniūt q̄ vtrāq; carnē exedit. Nascit cangrena non oīb⁹ partibus corporis: sicut cancer: sed in prominentib⁹ mēbris. i. inter vngues ꝛ alas ꝛ inguina.

Candax acis. penul. cor. nomen reginę ethiopū. Iuue. Candacis ethiopū dicāt arcana. Sic alia terminata in acis corripiūt pe. vt Salmacis ꝓ fonte. Ouid. li. iv. Cui nō audita est obscena salmacis vnda. Idem lib. i. de arte. Atracis ābiguos traxit in arma viros. Hoc est hippodamia ab atracia.

Candeo es. candui: ignitus sum. Licero lib. i. officio. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum qui cultros metu ens tonsorios cādente carbone sibi adurebat capillum. Et candere significat candidum esse. Virg. lib. iiij. Candentis vaccę media inter cornua fundit. A candeo fit candesco: quod est ignitus fio. Composita: excandeo ꝛ incandeo: a quibus excandesco ꝛ incādesco: quę proprie significant vehementer incendor. inflammor. Transferuntur etiā ad iram: q̄ ea est velut ignis: animum incendens: et vultum hominis quodā candore perfundens. Sed non temere. Cum esm ignis obstantia exuperat ac fumū vincit: candorem laminę concipit. Vel quia vt sol quanto candidior tanto ardentior: ita animus dum ira concitatus est: inflāmatus incensus ꝛ excandescens dicit vt tanta mēris cōmotio significetur Celius Cice. Id postq̄ rescūt excanduit: et me causam inimicitiarū quere/re clamitauit. i. ira vehementer incēsus est. Cato de re rusti. Nam si recto coquas cū bitumen ꝛ sulphur additū est: excandescit. i. incendetur ꝛ inflammabit. Hinc excandescentia: q̄ est vt Cice. lib. tus. inquit ira nascens ꝛ sine modo cristens. Ex quo cōstat flammā ignis cādidā esse. vñ Ouid. lib. vij. me. de incādesco apte demōstrat. Nō secus exarsit q̄ cū balearia plūbū. Funda iacit volat ꝛ incādescit eūdo. Et quos nō habuit: sub nubibus inuenit ignes. Aug. sup Jo. cū actō iunxit. Quā totā repleuerat spūssancti gratia. totā incāduerat diuinus amor. Est ꝛ recandeo: a quo Recandesco: q̄ est rursus candesco. Ouid. li. j. me. Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti Solidus ethereis altoq; recanduit estu.

Candefacio: candidū facio. Plau. in mus. Quid ceruſa opus est? Nā qui malas oblinā vna opa ebur atramēto cādefacere postules. Hinc excandefacio. Var. lib. iij. de re. rus. Cęne collegio⁹ excandefaciūt annonā macelli. Aliqñ etiā cādefacere est cādentē hoc ē ignitū reddere ꝛ excandefacere ira valde inflāmari: et excandefactus ꝓter modū iratus.

Candor ipse splendor: vt candor est lucis eterne.

Candidus a. um. q̄d ex luce ita niteꝛ: eūq; colorē habet qualis est flāmę ignis: licet aduerbiū Candide ꝓ benigne ꝛ pure sumat. Celius Cice. Lauendū tibi erit ne parum simpliciter ꝛ candide posuisse inimicitias videaris. Hora. Albi nostrorū sermonū candide lector. Interdū candidus ponitur ꝓ felici. Tractū a thracibus qui diem fortunatū albo: aduersum nigro lapillo designarunt. Catullus. Fulsere vere candidi tibi. Hora. lib. ser. Vnccine solē tam nigrū esse mihi id est tristē ꝛ exitiosum. Differt tū candidus ab albo: q̄ candidus est qui quadā intenta luce perfusus est. Albus qui pallori vicinus est.

Candido as. candidū facio. vñ Canditatus candidus factus. Pomp. Testem lixiuio candidans.

Candidatus qui luce quadā intente perfusus est. Lac. libro. vj. per translationem. Qui si hoc ille faciebat homo non a cęlesti tantum: sed a publica quoq; ciuiliq; iustitia remotissimus: quanto magis id nos facere debemus qui immortalitate veluti candidati sumus? Candidati etiā dicebāt qui in alicui⁹ magistratus aut dignitatis petitione versabantur: a tunica

candida quã per id tempus induebant siue ad denotandũ integritatẽ: q̃ sol⁹ hic color sincerus ac purus et minime inquinatus est: siue vt perspici ab omnib⁹ posset eos pecuniã nõ habere qua ciues corrũperẽt. Ire autem candidati per comitia solebãt suadendo rogãdo submittẽdo se oĩb⁹ et nudato etiã corpore cicatrices ostendendo Inde p̃ translationẽ aliarum quoq; rerum petitores sicuti a Quintil. candidatus eloquentię: a Ply. in panegy. candidat⁹ glorię ꝛ immortalitatis: a Vier. candidatus fidei nuncupat⁹: et quib⁹ ostendit candidatus ꝓstrui cũ gtõ: vt sit candidatus ꝓsulatus p̃ture: questure: qui petit consulatũ: ꝓcturam: questuram.

Candico. as. penultima correpta: candoꝛẽ habeo: siue dealbo album facio. Plyn. lib. viij. Insignę ei in dextero latere candicans macula. Idem. Cuius radice vruntur ad candicãdos capillos. Hinc candicãtia c. pro albedine. Ply. lib. xxx vij. Fictitię sacrificationis candicantiam fugiunt.

Candifico as. candidũ facio. Aug. lib. xxj. de ciui. dei. De igne fulgido q̃ certũ suum fulgorem lapides coquendo candificet. Ueui. Poliens sese ꝛ succis herbarum candificans cutem.

Candela a candoꝛe luminis dicitur. Hinc candelabrũ in quo candelę figũtur. Sunt autem candelę quacũq; constent materia scirpis/ teda/ seuo/ cera. Varro. Candelabra a candela in his enim funiculi ardentes figebãtur. Var. de candelabro corinthio Nomina candelę nobis antiqua dederũt. Non notat parcos uncta lucerna patres.

Candebea pal⁹ fuit: de qua Ply. lib. vj. Pars ẽ inquit Syrię q̃ phenicę oꝛ finitima iudeę intra montis carmeli radices: paludẽ habens q̃ candebea noiat. Ex ea creditur nasci belus amnis.

Canus a. um. quod est senex: a candeo vt quidã putãt. Virgil⁹. Cana fides et vesta .i. antiqua: Uetustate enim canescimus. Cani vero substantiuũ accipiũtur pro capillis albis prę senectute: vt est illud Cani eñ sunt sensus hominis.

Canicies et canitudo pro ipsa albedine. Plyn. Et ipsa iam canicie venerabilis.

Caneo canes canui: canus sum: a quo canesco: canus fio. Incaneo: incanesco: valde canus fio. Vier. libro. j. Re. Ego senui ꝛ incanui.

Canistrũ et canister: fiscella: cista viminea. Virg. Cereremq; canistris expediunt. Grece καρασσον. a in i. mutata. Palladi⁹. Salignis canistros fieri debere virgultis: q: genus hoc oleum dicit adiuuare. Cui⁹ diminu. est canistellũ ꝛ canistellus.

Canephoꝛa penul. cor. virgo dicitur quę more attico sacra in cistulis reposita capite sustinebat: cana eñ greci dicunt q̃ nos canistra et p̃ diminutionẽ canistella. Uñ canephoꝛe appellant: quę sacra huiusmodi vasculis recondita capite ferebant. Cic. in vi. Verrinarũ. Habe canephoꝛas deoꝝ simulachra restitue.

Canis generis cõmu. anial latrabile: piscis marinus: signũ celeste ꝛ ludi talaris signũ: quod vnũ duntaxat punctũ ꝓtinebat. Ideo dãnosus erat. Prop. Semp dãnosi subsiluere canes. Pers. Damnosa canicula quantũ Raderet anguste collo nõ fallier oꝛce. Canis anial a canendo oꝛ: q̃ noctu in custodia ꝛ in venãdo signũ voce det. De hoc Colu. Quis hominũ clari⁹ aut tanta vociferatione bestiam vel furem prędicat q̃ iste latratu? Quis famulus amantioꝛ dñi? quis fidelioꝛ comes? quis custos incoꝛruptioꝛ? quis excubitoꝛ inueniri potest vigilantioꝛ? quis deniq; vltoꝛ aut vindex constantioꝛ? Canis sydus lepoꝛem fugiente sequitur: habet in lingua stellam vnã que ꝓrie appellatur canis: magna quidẽ et splẽdida: in capite alterã quam nõnulli Siroon dicunt. Sũt ergo duo canes in cęlo: maioꝛ. s. et minoꝛ. Sed canem dicendo maioꝛem intelligimus. Minoꝛ enim canis canicula dicit: que quia integrũ diem in oꝛtu atq; occasu canẽ precedit: a grecis procyon vocatur. Nam pro ante κυων canem significat. Hec etiã anticanis ꝛ sirius dicit. Cice. Anticanẽ procyon graio qui noĩe fertur. Oꝛitur septimo calendas Augusti. Occidit sed non tota post dies. xl. Hec stella canis estiuis mensibus in medio cęlo est. Et cũ sol ad eam ascenderit: iuncta cũ sole duplicat calorẽ ꝛ dissoluunt corpora ꝛ vapoꝛant. Latine canicula dicit. Uñ ex ipsa stella dies caniculares dicunt: quãdo molestę sunt purgationes. Dicta canis q̃ corpoꝛa morbo afficiat: vel ꝓpter flammę candoꝛem q̃ eiusmodi sit vt prę ceteris lucere videatur.

Canicula diminutiuũ a cane: cũ est feminini gener⁹. Et accipit pro signo celesti. Columel. lib. x. Cũq; pacto solstitio vsq; ad oꝛtũ caniculę: qui fere dies. xxx. sunt. Hinc Caniculares dies.

Caniculus catulus: a quo catellus diminutiua sunt a canis generis masculini.

Caninus a. um. q̃ est ex cane. Ply. Sanguine canino nihil ꝓtra torica pstantius est. Canini ꝟo dentes sũt post primores. Uide in dictione dentes.

Canatim aduerbiũ significat ad similitudinem canis:

Canarius a. um. quod ad canẽ ptinet: vt canaria lapa: q̃ canibus adheret. Apud Ply. lib. x viij. Augurium canariũ legit: ꝛ apud Ateiũ capitonẽ. Canario sacrificio ꝓ frugibus depꝛecãdę semitię causa syderis caniculę. Canatius ab Apuleio oꝛ in floꝛidis ꝓ clara ceu p̃conis voce. Canatius inquit limã dabo vt p omnes prouincias eat. Sed hoc a canãdo. i. calando videt dictũ. Mã Var. scribit ꝓsuetudinis fuisse vt classicus in arce circũq; muros canatum iret.

Canarii populi circa athlãtę aphricę mõtẽ habitãtes: q̃ victus eius animalis his ꝓmiscuus sit.

Canicularis adiectiuũ a canicula cęlesti signo dictum. Unde Caniculares dies.

Cano is. cecini cantũ ꝛ canitũ: a quo Hiero. formauit participiũ cũ in Apocalypsi inquit. Qui erant tuba cantaturi. Sed eius cõposita faciunt prꝛeteritum in ui diuisas syllabas. Significatq; ꝓprie canere voce modulari. Hinc canere poete dicunt q̃n ꝟsus rythmica ratione compositi sunt: et cantando ꝓnũciari ꝓsueuerũt. Virg. Arma virumq; cano. Canere etiã is dicit qui non tm̃ oꝛe: sed q̃ fides oꝛgana ve pulsat: aut qui tibias inflat. Unde Canere receptui quod significat post cõflictum milites a pugna esse reuocandos recipiẽdosq; in castrũ: quod fit cantu turbarum ꝛ clangoꝛe sicut canit bellicũ cum initur ꝓflictus ꝛ milites in pugnã ꝓdeunt. Uege. Tubicines ad bellũ vocant milites rursum receptui canentes reuocant. Sed quia veteres laudare ꝛ vaticinari versibus solebant: factũ est vt canere ꝓ laudare capiatur. Virg. Regęq; canebant. Et pro vaticinari. Idem. Ipsa canas oꝛo. Quandoq; pro p̃dicare ꝛ cũ quodã vt exaudiri possit canoꝛe proferre. Var. Quicquid fama canit donat arena tibi. Huius ꝟbi composita sunt Accino quod est ad aliquid vel iuxta cano. Concino simul cano. Circũcino. Excino extra vel valde cano. Incino intus cano. Intercino inter agendum cano. Occino siue occano ꝓuiciũ facio. Percino canendo perse-ero. Procino canendo ꝓfero. Precino p̃dico prediuino: ꝛ antecano. Recino rursus cano. Hora. lib. car. Quę deũ cuius recinit iocosa nomen imago. Interdum significat in contrariũ cano. Idẽ lib. j. carminum. Nunc ego nutibus mutare quero tristia dũ mihi fias recãtatis amica. Est et Succino q̃ ẽ summissa voce cano. Et omnia habent penulti. cor. Hinc deducuntur infrascripta.

Canto as.frequentatiuū:a quo cantatio cantatus cantator ꝛ cātatrix. Cōposita mutant a in e. vt Accento as.vnde accentus. Concento a quo concentus. Occento ꝛ succento. Excanto vero incāto ꝛ recanto seruant a. Aliqñ tñ cantare ponit̄ pro incantare. Virg. Frigidus in p:atis cantando rumpit̄ anguis.

Cantito as.penulti. cor. frequentatiuū a frequētatiuo formatum. Augusti. Quales poetarum nostrorum carminibus cantitantur.

Cantus us.a cano fit:ꝛ ē inflexio vocis. Et ꝑ cantione cuiuscūq; rei ꝺr. Virg. Cantuscq; dedere.

Cantio idem qđ cantus. Cuius dimi. est cantiuncula.

Canticum proprie est elegās et lasciuus cātus. Quintilian⁹ Sit poete lectio cum suauitate quadā grauis ꝛ non quidē prosę similis quia carmē est: et se poete canere testantur non tamē in canticum dissoluta. greci canticū hymnū vocant. Itē psalmum. Sed ꝑprie hymnus dicit̄ qui voce naturali fit:psalmus qui aliquo musico instrumento.

Cantilena:cantici cōpositio.

Canor cantus ē elegantia quedā ꝛ consonātia quedā. Quintilia. Vocis rationem Aristoxenus musicus diuidit ρυθμον και μελος εμμερον quorū alterum in modulatione est:alterum canore ac sonis constat. Ouidius libro. v. me. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures.

Canorosus a.um. q̄si sonorosus. Gel. Collectā coactā q; vocem et magis claros canorososq; sonitus facit.

Canon latine regula: a quo canonicus a.um.quod est regulare. Augusti.lib.iij.de ciui.dei. Quā solis obscurationem nō ex canonico syderum cursu accidisse satis ostendunt. Et canon interior scuti locus: quo brachia immittunt.

Canoniço as.latine regulo και ελληριστι καγων και κανονισμος.

Canopus penul. pro. ciuitas egypti distans ab Alexandria. c.xx.stad. ex qua ortū ferunt Claudianū poetam dicta q̄si canobus a Canobo Amycleo Menelai nauis gubernatore ibi sepulto. Nā deuicta Troia in egyptum vi ventorum delatus cum Helena gubernatorem ictu serpētis quē Hemorrhoida vocant amisit:in eiusq; memoriā vrbem condidit relictis ibi his qui ad nauigandum inutiles erāt. Nec salubris aeris benignitate homines allicit. Est ibi nili ostium quod canopicū vocant. Hinc Canopite. penul.pro. dicti sunt qui canopum habitant. Canopicus a.um. possessiuū a canopo. Var. Nobis sapere videmur cum simus canopici.

Cantabri.penul.cor. Hispanię populi sūt in extremis lusitanis finitimi his qui tractū trans duriā seruant: Hi efferi sunt ꝛ nullā vitā sine armis esse existimant. De quib⁹ Sirius. Cantaber añ ois hyemisq; estusq; famisq; Inuictis. Et mox. Nec vitā sine marte pati quippe ois in armis Lucis causa sita est ꝛ damnatū viuere paci. Cātabrox regio cantabria ꝺr. Sue. Domuit autē partim ductu:ꝛ partim auspicijs suis cantabriā. Hinc cantabrius a.um. Florus li.iiij. Tantā amplexus cantabriā efferā gentē ritu ferarum quasi indagine debellabat. Cātabricus.um. Sue.in Aug. Extrema bella duo omnino p se gessit Dalmaticum ꝛ cantabricū. Memorię ꝑditū est cātabros solitos canere peana leticię suffixos cruci ab hostibus. Cur aūt septētrionales sint ad arma promptissimi ꝛuātq; in ferrū sine timore causa ē sanguinis abūdātia sicut docet Victru.lib.vj. ecōtrario meridiani populi ꝑ sanguinis exiguitatē timidiores sunt: ferro resistere sed ardores ꝛ febres sustinēt sine timore tñ corpora septētrionaliū a febri sunt timidiora ꝛ imbecilla.

Cantharus:penul.cor.ꝛ cū th.aspirato grecū:est quo significat poculū qđ baccho tribuitur: sicut cyphus herculi a cantaro qđ erat naulgū genus. Vlp.scribit cantharos esse ꝙ quos aquę saliūt. Et cātharus aial est cui⁹ femina nō inuenit̄. Col.lib.viij. Nā ꝛ alecula modo capta ꝛ cantharus exiguusq; gobio quisq; deniq; est incrementi minuti piscis maiorē alit. Et cantharus latine scarabeus dicit̄. Ūñ cantharolethros locus est paruus in Thracia:in qua vnū hoc animal necatur ολεθρος pernities dicitur.

Cantharis idis.vel cantharida e.vermis terrenus viridis auri colore superlucens:ꝛ nascit̄ in summitate ramorū fraxini ꝛ oliuę cuius succus in venas ingressus:vt venenū interimit:ꝛ humano corpori applicatus vesicas plenas humore facit. Oui. Cantharidū succos dāte parente bibas. Hiero. Me magnopere glorieris:si facias quod scorpiones facere possunt ꝛ cantharides. Cantharides etiam ficorum vermiculi dicuntur ꝛ pyri et pinus.

Cantherius:equus cui testes amputati sūt qui ideo fit mansuetior. Var. Et ideo ꝙ femine carēt ū cantherū appellantur:distatq; ab equo:sicut capus a gallo. Et Cantherij sunt q̄ a rusticis fere nominant̄ caballi:qz ipsos equos cantherios vocam⁹ q̄ subicū solent a fabris materiarijs:dū moles arborū secant. Item cantherū tigna dicunt̄ Victru.lib.v. Et cantherij ꝑminentes ad extremā suggrūdationē:supra cantherios templa. Itē cantherius vt auctor est. Var. mons est in sabinis. Et cantherius genus iugi in vinea dicit̄.

Canteriū vehiculi gen⁹:de quo Sene.epistola.lxxxvij. Var. Cato censorinus canterio vehebatur ꝏthiopico. Col.lib.v. Si regionis conditio permittit deponemus hastilia quibus adnectuntur singulę trāsuersę pertice in vnam partem ordinis quod genus iugi cantheriū vocant rustici. Idem. Is vt dixi cantheri⁹ ꝑprius a terra q̄ vitibus ordinarijs summittendus est. Hinc cantheriatus a.um. Col.lib.vj. Que pedamentis adnixe singulis iugis imponunt̄ eas rustici cantheriatas appellant.

Canthus cū th aspirato:ferrum quo rotę extremitates vinciunt̄. Persi. Tertentē sese frustra sectabere cantbum. Hier.lib.iij. Re. Et axes earū ꝛ radij ꝛ canthi ꝛ modioli omnino fusilia. Canthos etiā greci angulos oculoꝝ vocant:seu palpebrarū pilum.

Canthes organorum fistulę.

Canusiū Apulię oppidū vbi lana laudatissima fit quę Canusina ꝺr cui⁹ color est rutilus. vñ Canusinatus dicit̄ qui ē indutus canusina veste. Var. Vt canusinatus nostro syrus assere suder.

Cappa nomē littere grece ꝑ qua latini vtunt̄ c. Quo nomine greci vt Suidas docet cum malū hominem volunt ꝙerbio signare vnum cappa:cū peiorē duo cū pessimū tria habere cappa dixerūt: volentes eum intelligi esse cretensem cilica cappadoca qui singularis fuisse improbitatis existimantur.

Capparis penul.cor. in Salomone fruticis genus est in oriente silę lentisco calidę ꝛ sicce virtutis:nascitur precipue iñ parietinis hoc est muris veterib⁹ et spelueticis ꝑdest. Seritur quoq; in locis siccis area circum effossa structis vndiq; aut ex natura ripis:aut ex artificio lapidū vt luxuriari permittatur. Colu. Capparis et tristes inulę feruleq; minaces. Dicit̄ ꝛ capar. Palladius. Hoc mēse mentha ꝛ pastinata thymum ꝛ origanū ꝛ cappar. Suidas καππαρις παρασο εκ του καμπου αιρεσθαι τησ δεβοταυησ οκαρποσ ουησιμοσ.

Cappadocia pontica regio est vt scribit Solinus:quę leuo latere vtraq; armenias comagenemq; tāgens dextro multis asię populis circumfusa ad tauri iuga et solis ortus attollitur. Euphrates eam ab armenia maiore diuidit. Apianus minoris armenię partem Ptole.vero minorē armeniā esse scribit. Dicta Cap

padocia a cappadoce amne: ante Leucosyria vocata Unde cappadoces leucosyrū. Hinc cappador ocis. pe. cor. pro eo qui est ex cappadocia. Luc. lib. ij. Cappadoces mea signa timent. Cappadocus a um. possessiuum. Persi. Nec sit prestantior alter cappadocas rigida pingues clausisse catastas. Suidas καππαδοκι ακριτω και κιλικια.

Caper mas inter capras castratus. Var. Dum iugulas byrcū factus es ipse caper. Nam Virgi. improprie caprum pro byrco posuit cum dixit: Vir gregis ipse caper: sicut etiam improprie brutū aial virū appellauit. Ponit tamen q̄q̄ ꝓ masculo caprarum: t Aries ꝓ masculo ouium dum sunt adulti nec tamen coierunt. Nam qui minores sunt inter capras hedi inter oues agni dicūtur. Sed qui post calendas Augusti concepti sunt vocātur socordes. Et dicit caper siue capra a carpēdis virgultis. Rodit em̄ omne virgultum: t in primis vites: ꝓpter q̄d bacchо immolari caper solebat. Est t caper nomen proprīū grāmatici.

Capra quasi carpa q̄ virgulta carpat vl q̄ carpat asperā vel a crurum crepitu. Unde t crepas eas antiqui vocabāt. Sunt autē capre domestice: Capreę siluestres. Et capra a capro. Caprea a capreo licet non sit in vsu. Cuius diminutiuū est capreolus. Similiter capellus a capro: capella a capra diminutiua sunt.

Capreus caprea caprēū: quod ex capro siue capra est: vt pellis caprea.

Caprinus a um. idem q̄d capreus vt caprinū seuum.

Caprilus a um: idem quod caprinus: sicut ab oue ouillus. Var. scribit stercus caprillum t ouillū t asininū tertio ordine in agris ponendum.

Caprarius caprū custos.

Caprea penultima correpta: animal siluestre quantum ad greca vocabula nomen a videndo atq̄ clarius aspiciendo inquit Hiero. sortitū est. Nam natura sua habet vt non solum ipsa videat: sed prospiciat acerrime: sed t alijs visum prebeat. Asserunt em̄ hi quibus medicine peritia est: huic animali intra viscera humorē quendā inesse qui caligine depellat oculor t obtusiores quoq̄ visus eracuat. Caprearū genera cōpluria enumerat. Pli. lib. viij. Est Dama que raro mansuescit nebros etiā applellata. Sunt Ybices marie pernicitatis. Sunt Rupi capreę. Sunt Pigardi. Sunt Origes soli contrario pilo vestiti: t ad caput verso. Sunt Strepsicerotes t platicerotes bi a cornibus latis: illi a contortis nomen adepti. Est t caprea vitis dicta: vt inquit Var. q̄ pariat capreolum. Et capreę insula vltra Surentum campanię vrbem circiter octo milia passuū nobilis coturnicum multitudine q̄ ex Italia volātes illic principio autūni capiūtur

Caprarius custos seu exercitator caprarū sic t capraria.

Caprimulgi: aues sunt merule aspectu aliquanto grandiores fures nocturni interdiu non videntur: nec ipsi vident: intrant stabula caprarūq̄ vberibus propter succum aduolant: qua iniuria emoriunt vbera. Hos Arist. a caprarū mamis Aegotelas vocat.

Capraria insula in mari tusco seu ligustico capris abūdans quā greci Aegilon dicunt.

Capreolus cū accentu in antepe. aial siluestre diminua capreus. Vir. Preterea duo nec mihi tuta valle reperti capreoli. Est t capreolus coliculus intortus in vitibus vt cincinn⁹. Is em̄ vites capit. Unde t a capiendo capreolus est dictus: greci hunc helicem nri etiā papinū t clauiculā appellāt. Et capreolus vt li. vij. Col. author est genus est bicornis ferramēti.

Caprigenus a um penultima correpta: qd̄ est ex capra rum genere.

Capule penultima ꝓducta locus vbi capre seruātur sicut ouile vbi oues.

Capricornus: celeste signū q̄d pana fuisse existimāt qui posteriorē partē in effigiē piscis: priorē vo in formā birci cōmutauit. Cuius ingeniū admiratū Iouē ferunt hāc figurā in celū transtulisse. Stellam habet in naso: in pectore duas: in pede duas: inter scapulas septem: in ventre ser: in cauda duas.

Caprificus pe. cor. a carpēdo q̄ parietes ac muros carpat. Var. Harmora messale scindit caprificus. Est em̄ e siluestri ficus genere: nullo vnq̄ tempore maturescens que fere ruptis satis solet erumpere. Terē. in Adel. Illic etiam vbi caprificus magna est. Caprifici etiā appellati sunt caniculares dies: q̄ eo fere tēpore liberi simul atq̄ ancille sub arbore caprifico sacra faciebant.

Elorus pe. pro. Sicilię vrbs ab eloro amne qui cāpis superfunditur sicut nilus dicta: proxime pachynum in quo pisces cibum manu capiunt: vt testatur Plī. lib. xxxij. De hoc Sirius sidonius Direpane atq; vnda clamosus elorus. Virgi. lib. iij. Exupero prepingue solum stagnantis eloꝛi. Sunt tamen qui hoc nomen aspirent.

Elpenoꝛ pe. p. nomen comitis vlyssis q̄ a circe cū alijs socijs i porcū puersus fuit. Iuue. Et cū remigib⁹ grunisse elpenoꝛa porcis. Homerus facit libro. xj. odyss. Per necromātiā interfecti elpenoꝛis Vlysses ire ad inferos. ελπεροр δεσισ εσκε ρεαΓοσσ ου Γεσιλιην αλκιμοσ ερπολεμω ⁊ subdit. αλλα καΓεαρΓικρυ Γεγεοσ πεσεν κλεοι αυχην αστρα γαλωρ αγηΓυχη δεαιδοσ δεκαηλēς.

Elucum penultima pro. languidum vel hallucinatoꝛē: aut nugarum amatoꝛē siue halonem: hoc est hesterno vino languentem significat.

Elucifico as: luce priuo.

Elucescere significat valde luciduz fieri. Hieronymus Oō vt clarius elucescat: sumamus exempluz ab his corporalibus sensibus.

Eludo is pe. pro. manifeste seu perfecte derideo: deci pio. Lice. Sed vos ab illo irridemini ⁊ ipsi illum vbcissim eluditis. Est ⁊ eludere: vt Do. scribit ludo finē dare. Terē. in Eu. Eludet vbi te victum senserit.

Elumbus ⁊ elumbis: qui euulsum habet lumbum: vel qui prelūbi debilitate sese erigere non potest.

Elugeo es. pe. p. Vide in dictione lugeo

Eluo is: elui elutum significat lauo seu lauando exhaurio extra purgo. Col. libro. j. Quod etiam venenati liquoris eluit perniciem. Idem Gillica debet curam adhibere: vt si quę feces aut amurcę in fundis vasorum subsederint semel: statim emundentur: ⁊ nō calidissima liquida ne vasa ceram remittāt semel atq; iterum eluentur. Lactā. lib. v. Quanto satius est mentē potius eluere quę malis cupiditatibus sordidatur. At eluare est gulę inseruire seu luxuriose: effundere. Lice. pro Sex. Quid tu meo periculo gurgis ac vorago patrimonij eluabare.

Eluuies. Vide in diccione Alluo is.

Eluo as: pe. pro. extramitto foras: aquam colo seu quid simile ex luto aut alia re fęda. Vir. lib. ij. Geoꝛ. Aqua elutabitur omnis id est exprimetur

Elutrio as: de vase in vas transfero. Quod quidem et transuerso dicitur. sed rarius. Forte a lura: quę os culei est. Unde lurcones capacis gulę hoies.

Elurus pe. pro. animal a grecis dictus apud latinos felis. Bel. li. xix. Eluroꝝ quoq; oculi ad easdem vices lunę maioꝛes fiunt: aut minoꝛes: scribitur cum diph. Aelurus de quo supra.

Eluſco as. Vide in dictione Luscus.

Elysium cū y. locus quem alij inferoꝝ suis felicitatibus plenum: alij fortunatas insulas: alij circa lunarē circulum dicunt: vbi iam aer purioꝛ est.

E Ante O

Emancipo as: penultima correpta manumitto: libero. Unde emancipati qui duobus modis intelliguntur Aut hi qui ex patris iure exceſſerunt: aut qui aliorum fiunt domini. Aliquando emancipatus idem est qō deditus: et veluti in mancipium adscriptus. Lice. in Cato. Ita senectus nimis honesta est: si seipsam defendit; si ius suum retinet: si nemini emancipata est: si vsq; ad vltimum spiritum dominatur in suos. Qui emancipat dicit emancipatoꝛ.

Emanſor: dicit qui diu vagat⁹ ad caſtra regredit: ſicut Deſertor: qui per tempus longum vagatus reducit. Erroneus qui non quidem fugit: ſed frequenter ſine cauſa vagatur: ⁊ temporibus in res nugatorias conſumptis ſerius ad dñm redit.

Emano emanas penultima producta: extra mano ex/eo. Colu. libro. viij. Et ſale cum adipe defricatur duz ſaniei vis emanat.

Emargino as: pe. cor. ſignificat cruſtas et puluillos et oras vlcerum adimo.

Emaus cuius lucas in euangelio meminit eſt que nunc Nicopolis inſignis ciuitas paleſtine: apud quam in fractione panis cognitus dñs eſt.

Emaſculo as: caſtro: eunuchizo.

Emath: ciuitas que nūc Antiochia nominat: ⁊ due ſūt vt inquit Hieron. Magna. ſ. et minor. Magna antiochia: minor appellatur Epiphania. Ūñ vſq; hodie pergētibus meſopotamiā prima manſio Emas corrupto quidem vocabulo: ſed priſtini nominis veſtigia retinente. Cuius regio appellatur Reblata: in qua preſente Nabuchodonoſor regis iudee Sedechie interfecti ſunt filij: ⁊ oculi ei⁹ excecati. Hemath ꝺo in principio aſpiratū: regio allophilor eſt.

Emaciatus a um: ab emacio as: qđ eſt macrum facio. Col. lib. ij. de medica herba. Deinde quater interduz etiam ſeries demerit: q agrū ſtercorat: q omne emaciatū ex ea pingueſcit egrotanti pecori remedium eſt q iugerū eius toto anno tribus equis abūde ſufficit.

Emathia regio in Macedonia: que alio nōie pharſalia dicta eſt ſeu campi philippici. Dicta emathia ab Emathione rege fratre Memnonis qui fuit filius Auroze et Tithoni.

Embāma atis: comdimentū qđ ad condienda obſonia fit. εμβαμμᾶ και εμβαπτίξω λεγεται. Col. Hoc ſinapi ad embāmata non ſolū idoneo ſed etiaz ſpecioſo veteres q̄dē embāmata itelligūt imerſiones qū intingimus vel panem vel opſonium in vaſculis repletis reliquida: a greco εμβαπτειν fieri videtur qđ eſt imergere intingere. Ūñ ⁊ latine intinetus.

Emblemata ſunt opa que ex teſſerulis ſtructa ſunt quale eſt muſeatū in parietibus ſeu pauimētis ⁊ tarſeatū in lignis απο του εμβαλλω quod eſt interſero. Emblematū quedā dicūtur vermiculata ſiue muſcata: vt que in parietibus fiunt: quedā ſegmentata que in lignis: ⁊ quedaz teſſelata que in pauimentis. Sed ſepe confunduntur. Unde a quibuſdam accipiuntur emblemata ꝓ ſigillis ex auro vel argento vaſis impreſſis illigatiſq;. Cice. de ſignis tarat verrem q vim emblematum coaceruauerit que omnia vaſis ſiculorum celatis impudenter abſtulerat. Virgi. Cratera impreſſum ſignis: a greco εμβλεω impimo: vel infigo. Pli. lib. xxxiij. Ulyſſes ⁊ Diomedes erant in phiale emblemate palladiū ſurripientes.

Embolīū απο ερ και βαλλω vnde emboliaria multipliciter dicitur quaſi argumentū ⁊ ingreſſus quidā ſcenicus quale ſub Domitiano repreſentatum eſt ſi Martiali credimus Victam Paſiphaen dicteo credite tauro Vidimus accepit fabula priſca fidem. Ci. ad Atticum. Embolium nouum cogito. Idem pro Ser. Ille inquit ipſe maxime ludūs non ſolum ſpectator: ſed actor ⁊ Acroma qui omnia ſororis embolia nouit. Qui ibidē mulier ꝓ pſaltria inquit adducitur: vt ridiculi ſint qui emboliariā ex artis genere accipiunt. Unde etiā emblemata quaſi ab interſerēdo vt que phrygionum opus aut plumatile conficiat. Dicit ⁊ ſtabilitas ipſa embolon et roſtra quoq; nauium appellantur embola. Sed ⁊ acies in rumbi mō inſtructa nominat embole: ſicut ⁊ pars arietis extrema machine muralis quia ingruit. Ipſa quoq; ſibula rotarū axibus firmandis imitti ſolita quam ruſtici clauiculam appellant grece nomen habet emboliuz Nam ⁊ dies intercalares embolimei: ⁊ ipſa intercalatio emboliſmus appellatur.

Embryo greece εμβρυων. εμβρυωρος το παιδαριον ερση μητρα. neutro genere dicunt pro intus germinante ac ſcaturiente: et accipitur pro eo qđ in vtero matris viuit anteq; liniamenta ſue ſpeciei acciat ex εν quod ſignificat intus: et βρυω germino emano.

Emereor manifeſte ſeu perfecte mereor: aut ſolutus liber de ſum. Unde Emeriti ſtipendia qui militia perfuncti ſunt ⁊ vacationē habētes. Lact. lib. iij. Eterñ cū conſtet hō ex carne ac ſpiritu: ⁊ oporteat ſpiritū inſticię opibus emereri vt fiat eternus. Clau. lib. ij. Ducunt emeritos ad paſcua nota iugales.

Emerita Auguſta: hiſpanię oppidū eſt: ad luſitaniam ſpectans.

Emedullo as: ꝓ duplex ll. Vide in dictione Medulla.

Emendo as corrigo aufero: ⁊ ab emēda deducit Pli. lib. xxiij. Succus hederę tedia nariū grauceolentiāq; emendat precipue albę latiuę. Hieronymus ad Auguſti. Et vel noſtruz emendemus errorem vel alium fruſtra reprehendiſſe doceamus.

Emendico as: pe. ꝓ. ſignificat more mendicantiū expeto. Sueto. in Cela. In hiſpania a proconſule ⁊ a ſociis pecunias acceꝑit emendicatas in auxilium eris alieni.

Emergo is: ſi. ſum. Vide in dictione Mergo.

Emitto is: extra mitto. Hora. Veſcit vor emiſſa reuerti. Unde et emittere ponit ꝓ manifeſtare publicare Item emittere eſt a ſeruitute liberare. Plau. i Cap. Non erit tam auarus quin te gratis emittat manu. Tere. in Adel. Haud dubiū eſt quin emitti equum ſiet. i. liberū fieri. Aſce. Hora. habet vor miſſa tē.

Emiſſarius qui ante exercitū emittitur: vel ad exploradum: vel ad prelium lacceſſendum: vel qui dñm circūſtat: vt eius iuſſu obtemperet: et preſto eſt vt emitti poſſit. Hiero. in li. Regū. Et ait rex emiſſariis qui circūſtabāt eū. Ite q̄ paratus eſt inuehi in aliquē emiſſarius dicit. Ci. Vario. Perſuaſeratq; nonnullis iuidis meis in me emiſſarii ſemp fore. Item emiſſarii⁹ ſicut Aſco. docet: eſt furtor conciliator atq; internūcius que a magiſtratibus vel a dñis cōmittunt. Cice. in ver. acti. v. Dubitaturū quēq; eriſtimas: quin illis emiſſariis hec tibi ois pecunia queſita ſit. Et emiſſarius vocat equus aries ⁊ hmōi qui emiſſus ſit in ſolitudine: vel qui ad generandā ſobolem emittit. Sed videtur ratio velle vt dicatur admiſſarius q ad ſobolem procreandam fęmine adiungat. Unde admiſſura qū mares bruto⁹ admittūt ad fęminas. Sed vſus magis emiſſarius habet. Hiero. in Leui. Cuius exierit ſors dño offeret illū ꝓ pctō. Cuius aūt in capram emiſſarium ſtatuet eū viuum coraz dño. Pli. Emiſſarium appellat palmitez: qui emiſſus ex putatione infertur imis ſcammis ac per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandat. Sic cū lib. xvij. ſcribit. Relicto ſemp duramēto in ſingulis tabulatis ⁊ emiſſario vno q̄ ſubeat vſq; quo placuerit.

Emiſſariū locus per quem aqua e lacu aut ſtagno emittitur. Suetonius. Fecit et emiſſarium fucini lacus: porrūq; hoſtienſem.

Emaneo: extra maneo. A quo Emanſor: de quo ſupra habitum eſt.

Emineo es: pe. cor. eminui quaſi extra alios: vel pre alijs ⁊ ſupra alios maneo. Is cū eminere dicit qui ceteris altior eſt. Aug. lib. viij. de ci. dei. Thales phs vt ſucceſſores etiā ꝓpagaret rerū naturam ſcrutatus ſuaſq; diſputationes litteris mandans eminuit. Interdum eminere eſt reſpirare. Plau. in cap. Ita me miſerum reſcitaq̄ retinendoq; laſſum reddiderunt

vir ex gratulando miseriam eminebam tandē alū ad pretorem: ibi vir requieui. Huius verbi composita sunt. Præemineo vel præmineo: qō est antesto/præsuz quasi ante alios maneo. Hiero. Nō querat obsecro filia regis filiā militis præminere pompis terrenis in christi ⁊ apostoloz cōsortio. Promineo porrigor/superemineo.

Eminus pe.coz. significat a lōginquo loco: q̄si ab extra manēte. Et differt a longe q̄ nō recte dixeris. Eminꝰ habito: vt longe habite. Sed eminꝰ iacula mittebat Similiter cominꝰ a loco ꝓpinquo nō in loco ꝓpiq̄ neq̄ ꝓpe: vt Cominꝰ te curiā: nō cominus sedeo.

Eminulus pe.coz. parum eminens: seu parum a longe. Varro. Vt habeāt inferiorē partē frequētibus pilis subcrispis cruribus potius minoribus rectis genibꝰ eminulis distātibus inter se. Idem de canibus. Spina neq̄ eminula neq̄ curua cauda crassa.

Emmanuel per duplex mm. interpretatur nobiscū deꝰ. Græce εμμανουηλ λεγεται.

Emolumētū vtilitas quā ex opera ⁊ labore assequimur Et a molimine descēdit. Ci. lib. iij. offi. Si sic erimus affecti vt propter suū quisq̄ emolumentū spoliet aut violet alterū dirūpi necesse est eam quę maxime ꝑm naturā humani generis est societatem.

Emo is emi emptū: cōparo. Construiq̄ cuz ablō vel gō hoz nominū tanti quāti pluris minoris ⁊ hmōi. Ci. lib. iij. offi. Emit homo cupidus tāti quāti pythiꝰ voluit. Gelliꝰ. Libros plurimos ere pauco emi. Et cōposita sunt Ademo/adimo/coemo simul emo vel ex omnibus locis emo. Eximo. Interimo perimo et redimo: quę habēt penultimā correptā.

Emptito as: pe.coz. frequēter emo vel frequēter mercandi seu acquirēdi vsum habeo. Pli. li. xxxiij. Alios cozijs: alios ferro captiuisq̄ rebꝰ emptitasse se tradit

Emptitius: qui est de numero eoz qui empti sunt siue emi solent. Hiero. in gen. Omne masculinū in generationibus vestris tam vernaculus q̄ emptitius circūcidetur. Var. li. iij. de re Rust. Hic aprū glans cuz pascit emptitia facit pinguē: illic gratuita exilem.

Emax generis cōis: qui vel quę facile inclinat ad emendū. Hinc emacitas facilitas ⁊ inclinatio voluntaria emendi. Col. lib. v. Quosdam emacitas in armentis quosdam exercet in cōparandis mancipijs cura. De tuendis nullos cura tangit

Empistorhonus. Vide in dictione Tetanici.

Emporium locus mercatus ⁊ Mundinarū latine dicit emptorū vbi res venales exponunt απορίζω qō est mercoz vel acqro ab ex εμπορεω lucroz/negocioz/emporos/mercator/emporeuma atis: negociatio εμποριον ex και πορευω ago duco.

Emporetica charta dicta est qua merces inuoluūtur a mercatoribus inutilis in scribendo.

Empedocles pe.coz. nomen philosophi: qui vt auctor est. Hiero. Omne qō viuit et mouetur non putauit edendum sicut ⁊ Pythagoras ⁊ ex lite amicitiaq̄ inter se dissidentibus cuncta constare dixit. Ferunt hūc Agrigētinum fuisse qui cū lacū ethnę montis inuesti gare contēderet: decidit in foueam igneam et incendio cōsumptus est. Hic sapientię præcepta versib⁹ complexus est: de quo Lucr. Carmina quin etiam diuini pectoris eius. Gociferanē ⁊ exponūt ꝑclara reperta: Et vir bōna videat̄ stirpe creatus. Quid de dijs sentiret ita scribit Suidas. θεων τα ειδη και τα νομαια ουπω τους αφρωπους γιγνωσκειν ἀηλοι οχαιρε τε εγω δε υμιν θεοσ αμβροτοσ ουκετι θνητοσ και ηδη γονη πολε εγω γενομην κουρητε ηρωτε και ο ερ ολυμπια βους ουλεγε πεμ μαποιησ αμερσ θυσαι

Emphasis pe.coz. expressio: significatio: demonstratio. Figura est qua latens aliquid ex aliquo dicto eruitur Cuius duo sunt genera. Alterū qō plus significat q̄ dicit: sub quo etiaz minus volumus intelligere. Virgilius lib. j. Geoz. Cū tam sacre deficerent sylue: hoc est nō solū alię: sed etiā sacrę.

Emphasis pe.coz. figura cū ex aliquo dicto aliquid latens eruitur. Duo eius genera sunt. Alterum quod plus significat q̄ dicit. Alterum quod etiam id quod non dicit.

Empyreum latine igneum a πυρ: quod est ignis. Unde cęlum empyreum.

Empanda veterum dea quę rebus patentibus præesse putabatur.

Emperici pe.coz. dicunt medici in arte experti. Empiricus experimentator ab εμπειρια quod est experimentū εμπιροσ expertus εμπιρικη pars medicinę est quę p experientiam curat. Sunt enim qui medicinā diuidant in empiricen: logicen: et methodicen Apollinaris ad Remigium. Ad hoc oportunitas in exemplis: fides in testimonijs: ꝓprietas in empiricis vrbanitas in figuris: virtus in argumētis: pondus in sensibus: flumē in verbis: fulmen in clausulis.

Emphonos pe.pro. latine canorus: vocalis.

Emplastrū latine fictum vel informatū ex ep præpositione que significat in ⁊ πλασσω fingo seu formo. Unde ex diuersis rebus confingi ⁊ formari cōsueuit quod nunc vulgo vnguentum dicitur. Id vero quod vulgo emplastrū dicitur a doctis vocat̄ cataplasma Imponuntur emplastra vulneribus. Malagmata super integram cutem injiciunt. Pastilli aut illimiuntur aut alicui molliori ceratone miscentur. Sunt et alia horum inter se discrimina.

Emplastratio in arboribus dicitur cum cortex eximitur inoculatiōis gratia vt aptari queat cortex par ex altera arboze. Col. libro. iij. Tertium cum gemmas non exiguo cortice in partē sui delibratas recipit quā vocāt agricolę emplastrationē. Idem lib. vj. Tertiū genus quo ipsas gēmas cū exiguo cortice in partem sui delibratam recipit quaz vocant agricolę emplastrationē: vel vt quidā inoculationē. Idem vsurpauit Emplastraturus cum ait. Delibrato itez alteram arborem quā emplastraturus es.

Emprosthoton. Vide in dictione Opisthoton.

Emungo is nxi. ctum: nares purgo: qō fit cuz pus ex eis detrahitur. Mungo em̄ est quasi mucum ago e naribus. Mucus vero est narium humiditas. Hora. per translationem de Lucilio Emuncte naris inquit pro eleganti ⁊ faceto. Emūgere lucernā dicimus lychnū proferre. Mūgi etiā de pecunijs dicit. Ter. Emunxi argento senem. i. exhausi.

Emunctorijū instrumentū ad emungendum. Hiero. in Ezo. Emunctoria quoq̄ ⁊ vbi ea quę emūcta sunt extinguuntur fiant de auro purissimo.

Emussicata quid significent. Vide in dictione Amussis

E Ante V

En: significat ecce: et nominatiuo pariter ⁊ actō iungit vel indicādo: vt En priamus: vel exprobrādo: vt En agros ⁊ quam bello troiane petisti Hesperiā metire iacens. Oratores p notiatiuū frequētius. Cice. En crimen. Est etiā en ꝓpositio greca q̄ significat in.

Enanthropesis. Incarnatio hominis.

Encenia cum ę. diph. innouatio ab ex ⁊ καινιξω nouo Augu. Encenia festiuitas erat dedicationis templi. Græce eśi καιρον dicitur nouū. Quādocunq̄ eśi nouum aliquid fuerit dedicatum Encenia vocatur. Ita ⁊ vsus habet hoc verbum si quis noua tunica induatur Enceniare dicitur.

Encaustes: qui igni adhibito aliquid fingit. απο το καιω μ καυσω λεγεται και εγγιγεται.

Encaustum opus igni pictum. Pli. Figulinū opus ex

causto pinxit: latine dicit inustū: hoc genus picture primus Nicia in vsum habuit. Hinc ortū vt vulgus atramentū librariū appellare ceperit encaustū.

Encauthis: morbus oculorū cū in ipsoz angulo tuber culū est qō palpebras parum diduci patitur.

Enchiridion diminutiuum a manu dictū quasi promptuarium z quod ad manum semper haberi debeat ceu in ense capulus: genus libelli parui quod manuale latini dicunt: ꝙ εγχειρι. id est in manu contineri possit quale est libellus Augustini qui grece enchiridion latine manuale dicitur. Sed et gladiolum seu militarem pugnaculum significat et remi partem illā quam nautę manu comprehendunt enchiridion vocari. Jul. pol. tradit.

Enclisis inclinatio z vnum de accidētibus verbi quod latini modum dicunt. Hinc encliticū inclinatiuum. Unde enclitice cōiunctiones q̄: ve: ne: quoniā incliuant ad se accentum.

Encyclopediam: alij poesim heroicam appellant. Alij musicen ꝙ musica omnes complectatur disciplinas. Quod ostēdit pl'o. lib. j. de legib⁹ dicēs musicā sine vniuersa disciplina tractari nō posse. Alij oēm artem atq; scientiā in vnū q̄si corpus bene cōpactū: z membris plurib⁹ cōstās ꝓfuctē encyclopedian dici volūt: q̄si doctrinarū orbē: vt apud Plutar. vbi de musica scribens inqt. Nō solū circa musicā verū z circa aliā encyclopedian: ꝙ mēs nr̄a potētijs intelligēdi circulariter circa scibile tanq̄ circa centrū moueat.

Encyclias. Aristoteles in ethicis cōmentationes intelligit quas Gellius extrarias: hoc est exoticas. Martianus Lyricas cuiusmodi z probleumatū sūt libri z que populares a Licerone ac Themistio questiones appellātur ꝙ de rebus oībus tanq̄ in circulo passim quererētur. Encyclias quoq; doctrinas veteres dicebāt quasi orbiculares: q̄s cōnexe z coagmētate sunt vti corpus vnū. Annuū etiā stipendiū encycliū ōr: ꝙ in sua terga voluatur annus. Alij exponūt encyclium pro pena.

Enchrista apud celsū medicamētū sūt liq̄da q̄ illiniūt.

Encryphia dicuntur Açima subcinericia. Ambrosius lib. de Caim. Tenuerunt z patres qui cocere consperſum: quod extulerāt de egypto subcinericia facientes açima que grece encryphia dicūt eo ꝙ absc̄ōdantur in cinere.

Encolpie vt ait Aristoteles: venti sunt qui e mari veniunt per sinus.

Endelechia per d. vt Lice. libro. j. tus. significat continuationē et perpetē quēdā actum siue motionē qualis i anima cognoscit. Endelechismos ꝓtinuata mobilitas. Entelechia ꝙ per t. significat ꝓfectio quedā z cōsumatio: et Enteleches ꝓfectus.

Endiadis figura cum duo diuersa noia in vnam conuenientiā iunguntr: vt apud Virg. Dolemq; z mōtes insup altos. i. molem montiū.

Endromys: idis vestis gallica hirsuta z villi longior⁹ nomen tū grecum sortita q̄ potissimū arcēdo frigori cōueniebat. Iuue. Endromydas tyrias z fgmineum ceroma. Mar. Hanc tibi sequanice pinguē texticis alumnā. Que lacedemoniū barbara nomē hz Sozidia: fz gelido nō aspernēda decēbri. Dona peregrina mittimus endromyda. Hanc athlete post cursus certamina induere solebant. Dicta endromis ꝙ εν δρομω: hoc est in cursu eā habeant.

Endymion: nomē ꝓpriū ei⁹ qui prim⁹ lunę cursū inuenit. Apollonⁱ li. iiij. argonauticoz ουκαρεγω μυθησασθαι μιον αρσρον αλυκωουλο ηκαλω πορι δαι ομι ρηδυμιωρ scribūt aūt rem mirandā theon lucillus z sophocle⁹ interptes Apollonij his verbis εμδεσαι σηοι αισ μεγαλαισ λεγεσαι τον εμδυμιωνα αφερεχθηραι, απο δηοσ εισ ουράνον εραθοεν τα δε ῆρασει δωλω παραδογισ θηναι τον ερωτα μεφλιησ και εκβληθεη τα καδελθειν εισ αλου.

Endeploro as. penulti. produ. imploro: quod est cum questiōe inclamo z cum fletu rogo quod est proprie vapulantis.

Energia pe. cum accentu latine efficatia seu operatio. Hier. Habet nescio quid latētis energię viuę vocis actus. Componit aut̄ απο του εν και εαγ αδω μαι και τοεργον λεγεται.

Eneruo as. q̄si sine neruis facio debilito. Lic. in Cato. Non plane eneruauit senectus: non afflixit. Lactan. l ib. v. Hęc ꝑsentia terrę bona virtuti ꝓtraria sunt: et vigorem mentis eneruant.

Engaddi: in tribu iude: vt scribit Hiero. vocatur vsq; hodie vicus prægrandis iudeorum: iuxta mare mortuum: vnde opobalsamū venit quas vaneas engaddi Salomon in canticis nominat. Idē alibi Engaddum ager est terrę iudeę: non tantum vineis ꝙtum balsamis florens.

Enhydris: coluber in aqua viuens.

Enim causalis cōiunctio: vt Cole pudicitiam. Hęc est hominem vendicat a scelere. Q̄nq; est copulatiua. Virg. Progeniem sed enī troiano a sanguine duci audierat. Q̄nq; affirmatiua. Terē. Enim nō sinam. Juncta aūt cum ꝑo ponit pro at. Lice. Dic cū alijs ex alia parte: enī vero ferendū astu.

Enipeus pe. pro. fluuius thessalię iuxta quē fuit prelia inter cęsarem z pompeium. Luc. lib. vij. Sanguine romano ꝙturbidus ibit enipeus.

Enitor pe. pro. a quo enixus. Vide in dictione Nitor.

Enna ciuitas Sicilię edito in loco et vndiq; præcipitata: et a syracusanis condita quę vmbilicus Sicilię dicit̄ cū in medio insulę constituta sit. Hęc imminet circūstātibus cāpis vbertate et florū varietate conspicuis. In hac templum Cereris fuit vetustissimū vbi dea precipua veneratiōe colebatur: ad quā propiciandā. xv. viros legatos misere romani. De hac vbe Soli. sic scribit. Campus ennēsis in florib⁹ fem per z omni vernus die. Strabo. Intra insulam est enna modicis ādē possessa inquilinis sup collē iacēs in qua sacra cereri ędes est. Hinc raptam a plutone proserpinā in cereris filiā dixit antiquitas. Hāc vulgus hodie Annam appellat: vbi qui regis locum tenet ob loci cōmoditatem totius insula solet conuentum habere. Stephanus bicantius εγγαπολισ σικελιασ κτισ μα σιρακουσιων μετα ο εγ τησ ιρακοισων ο πολιτησ εγγαιοσ και εγγαια παρασχεται.

Ennius poeta antiquissimus apud romanos. Q. Valerio: et. L. Manilio consulibus natus fertur. Hic Tarētinus si Eusebio credimus fuit. Et mela pomponius scribit Rudias apulię oppidum ennio ciue esse nobiles. Cui astipulat Sirius cū ait Miserunt calabri rudie genuere vetuste: pūt morbo articulari.

Enam significat etiā ne.

En nunqui ecquando.

Ennea: latine nouem. Unde enneaphonos penul. p. habens nouem voces.

Enode penul. pro. planum sine nodo. Virg. Enodes trunci. Per translationē. Amb. lib. j. offi. Statimq; ipse questionē enodē reddidit subūcies ꝙ extinguat lucerna impioꝝ Enodē dixit planā et manifestā quę nullū haberet nodū. i. difficultatem.

Enodo as. q̄si sine nodo facio: vide in dictiōe Modus.

Enorme dicit̄ magnū sine mensura nimiū eo ꝙ normā et mensuram excedat.

Ennosigeus dict⁹ est neptunus: ꝙ terrā quatiat. Nam enno quatio. Gea terra.

Ensis gladius mucro: spatha idē significant. Ab ensis

flt diminutiuū Enfsiculus.
Enteron: latine intestinum. Hinc quidaz exenterere ꝓ cuiscerare deduci putant.
Enterocela dicitur cum intestina dilabunt in scrotum Epiplocele cum omentū: hygrocela: cū in alterum e testibus humor consluit. Omniscz has species nostri vocāt hernias inquit Celsus. Ramices vero qui sequunt Pozocela cū ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit. Sarcocela cū in ipso scroto concreuit caro. Cirsocela cū venę intumuerunt tunicis testiū integris: vel in ipso scroto: vel cū bubonocela oz in inguine. Est tamē vbi Plin. Enterocelā dixerit ramicē: vt in medicinis cupressi.
Enthesis penul. cor. latine interpositio.
Entheus a. um. diuinū quasi deo plenum z furore afflatū. Unde Enthei pythonici qui apollinis spiritu repleti prebeant oracula.
Enthymema penul. pro. z Enthymematū ἐνθύμημα ἀπὸ τοῦ θυμοῦ παραγέσθαι καὶ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ ἐνθυμήσις ideo oz ꝑ illiū cū alij cōmētū: alij cōmentationē: alij ratiocinationē imperfectā interpretant: dictū ab ἐνθυμουμαι q̄ mētis actio omnis atcz sentētia enthymema nominet sicut docet Cice. in top. Ponitcz ꝓ argumēto ex vno assumpto ꝯcludente. Hinc imperfectus syllogismus dicit: vt homo est substantia: ergo aial est substantia. Mā vt inquit Aristo. fit ex vocibus z signis .i. ex probabilib⁹ z necessarijs ꝓpositioib⁹. Iuue. Aut curtū sermone rotato Torquea enthymema.
Enucleo as. aperio z nucleū extraho. Nucleus vero a nuce deducit quod tenerū in nuce includitur. Per translationem enucleare significat declarare z explanare. Enucleate aduerbiū purgate exquisite ac sine asperitate. ab eo: q̄ nucibus separatis a testis nucleorū vsus vtilis sit. Cic. lib. iiij. tus. Habes ea quę de perturbationib⁹ enucleate disputant.
Enyo furor belli. Mar. iu primo. Nec te decipiat ratibus naualis enyo.

E Ante O

Eo is. iui. vel ij. itum cū oībus cōpositis: significat iter capio: a greco εαω quod est omitto: quia eūdo locum omittimus in quo eramus. Virg. Ut tristis arator. Interdū ire significat venire. Teren. in adel. Queso vt vna mecū ad matrem virginis eas. Interdū recedere. Aug. li. ij. cō. Nei mihi z audeo dicere tacuisse te deusme⁹ cū irem abs te longius. Ire aūt in sententiā pedib⁹ est alterius sentētię non ꝓbo: sed corpore accedere. Liui. Qui hoc sentitis in dexterā partē pedib⁹ trāsite. Quę maior pars erit eo stabit consilio: deinde frequētes oēs in dexterā pedibus transierūt. Nec ratio inuēta est: q̄ nonnūcz longum est audire singulos dū plurimi sunt: vel duo capita: sententiarū sunt: vt res expeditiones fiant. Aliqn̄ ne pedibus quidem pręmultitudine ad sentētiā ire possumus. Ideocz manu sententiā significam⁹. Quod Quintil. intelligit vbi ait. Manib⁹ pedibuscz imus in sententiā necessitat. Hui⁹ verbi futurū indicatiui modi tam in am: cz in bo: cum suis cōpositis facit: licet Diome. tm̄ in bo dicat. Aug. Prodiet tancz ex adipe iniquitas eorū. Sciendū quocz est q̄ eo cū sit neutrū in cōpositione tm̄ plerūcz mutat terminationē: vt Adeo adeor. Obeo obeor. Interio interior. Subeo subeor. Iuue. Quod si subeuntur prospera castra. Claudi⁹. Pugna acriter commissa: ac multis vtrincz interitis. Virg. lib. ix. Horte obita qualis fama est volitare figuras. Cōponit eo cū ab. Abeo: ad Adeo: am. Ambio: in quo b. interponit euphōie causa. Ante anteo. Con coeo in quo abijcit n. Contra contraeo. Circū circūeo. Et ateo. Ini ineo. Inter intereo. Intro introeo. Ob obeo. Per pereo. Pro prodeo: in quo d. interponit sonoritatis gratia. Præ præeo. Præter prætereo. Re redeo. Se sedeo quasi seorsum eo. Sub subeo. Super superbio: vbi interponit b. et e. mutatur in i. Trans transeo. Venum veneo. A supino itum itu fit itus us. et Itio. Cice. Quid noster itus z reditus. Idē. Mā plura de obitum itione simile locuti fueramus.
Eo pro tanto sicut z quo pro quāto ponitur: vt eo magis: quo magis. Salusti. Statim res gestas populi romani carptim vt quęcz memoria digna videbunt pscribere eo magis q̄ mihi a spe metu partib⁹ reip. animus liber erat. Quandocz ponitur pro ideo vel propterea. Terē. in eu. Eo ne es feror: Et in eadem Eo ad eā non admissa sum. Aliqn̄ significat huc vel vsqz illuc. Liui. lj. ij. Ipsa vestigia querentē dominū eo deducturā erat. Aliqn̄ id vel vsqz ad id: vt apud eundē: quę ab origine pfecta initijs eo creuit: vt tā magnitudine laboret sua. Sic dicim⁹ eo magnitudins qđ ē ad eā magnitudinē. Eo sapiētię deuenit. i. ad
Eousqz in tantū. Val. max. lib. j. Natā (eā sapientiā. vitē eousqz creuisse donec etas cūctas dñationis suę partz inumbraret
Eous ꝑma syllaba produ. oriēs oz ab ἠώς qđ ē mane z aurora. Et eous prima cor. a lumine appellamus ē vnus ex equis solis: q̄s lucifer ac oriētalis: q̄ mane assurgēs orbē illuminet εως em̄ grece lux oz. ꝓ quo nos dicim⁹ eoū. Virg. li. j. geor. Aut cum sole nouo terras irroarat eous. Et Ouid. li. iiij. me. Modo surgis eoo tēporibus celo modo serius incidis vndis.

E Ante P

Epaminundas thebanus vir fuit: honesto genere natus: patre polymno citharizare: z cantare ad chordarū sonū doctus est a Dionysio. Carmina cantare tibijs ab olympiadoro. Saltare a Caliphrone i phia pręceptorem habuit Lysiam pythagoreū. Hic fuit modestus: prudens: grauis: peritus belli: fortis manu: animo maximo: adeo veritatz diligens: vt ne ioco quidem mentiretur. Vide Plutrachum. Hic cū apud Leutra. Lacedemonios plaga pestifera adeo affecisset: vt ex eo tempore lacedemoniorum opes corruerint principatum grece amissum vltra reparare nequiuerint dicere solebat: orbum se nō tamē sine liberis mori: et ex se natam relinquere pugnam leuctricā: hic post facinora edita extremo tēpore apud Mantineā cū acie instructa z ducis optimi: z militz fortissimi officio fungit sparto agresti telo percussus ictu mortifero: relatuscz in castra semianimis requisiuit a circūstātibus saluus ne esset clypeus. Cū saluum esse sentes sui respondissent allatū veluti socia laborū glorięcz osculatus est. Iterum quesiuit essent ne fusi hostes z Cumcz id quocz vt cupiebat audiuisset: euelli tum deniqz spiculū iussit. Ita multo sanguine ꝓfuso in leticia z in victoria mortu⁹ est. Cui⁹ morte thebanoz vires hebetate sunt: vt nō tā illū amissi se q̄z cū illo interisse oēs viderent. Mā añ Epaminūdā thebani alieno iperio paruerūt: post interitū eius dē in seruitutē pristinā reuoluti sunt vt manifestū sit gloriā thebanā cū illo natā: z cū illo extinctā fuisse.
Epacta ab ἐπάγω qđ ē addo ex ἐπί z ἄγω cōpositū
Epagon ontis. artemo a nostris vocatur. Trocleacz id genus est quę in machinis tertia dicatur: quod et Ergeta dicitur a Victruuio. Idcz vernacula simplicitas appellat Arganum.
Epanalepsis replicatio vel repetitio ab ἐπί z ἀνά q̄ duo simul re: z iterū denotāt: atcz ἦλιο acceptio. Figura quę fit quādo vna dictio in principio versus sumpta iterum in fine versus ponitur. Iuue. Crescit amor nūmi quum ipsa pecunia crescit.

Epanaphora latine repetitio.
Epanado penulti. cor. regressio ex επι τ ανα quę retro indicant et οδος via: quasi retro post viam vt principatus bonus: non autē bonus qui in tyranni dem commutatur.
Eparchia prouincia Eparchiotes prouincialis: eparchus prędes ꝓuincię.
Epaphroditus penul. cor. dicitur venustus: iucūdus.
Epauris dici potest incrementū.
Epectasis penul. corep. dici potest porrectio. Figura qua in medio dictionis littera vel syllaba interponitur: vt induperator ꝓ imperator ex επι super εχ τιρω extendo.
Epenthesis pe. cor. Interpositio ex επι τ εν quę dicūt inter τ θεσις positio: vt religio.
Epeus penul. pro. nomē ꝓpriū endymionis filij τ peonis fratris: a quo Epeę ciuitas in grecia επιος hic equum ligneū extruxit quo troia perdita ē. Vir. Et ipse doli fabricator epeus.
Ephebus penul. pro. pubes dicit ꝙ iam sit in pube et ad annos pubertat' puenit ex επι τ hebe pubertas. Iuuena. Armenius celotes cūctis narrat ephebis. Terē. in an. Nam is postq̄ excessit ex ephebis sosia liberius viuendi fuit potestas. i. postq̄ excessit ex ea ętate qua pubem primo emisit.
Ephebia pubertas dicta est. i. prima ętas adolescētię. Adolescētia vero extrema puericię inquit Do. Censorinus separat ephebos ab exephebis tanq̄ ephebi dicant in. xvj. ętatis anno. Exephebi vltra illud tēpus appellentur. Inde ephebeum dictum palestre membrum in quo ephebi exercentur: de quo Vict. libro. v. sic inquit. In duplici porticu collocētur hęc membra ephebeū in medio. Hoc autem exedra amplissima: i lib. ij. macha. Ephebia fę. genere dicit' vbi scriptum est. Super hoc ꝓmittebat τ alia talenta cē tū quinquaginta si potestati ei' ꝓcederet gymnasiū τ ephebiā sibi ꝓstituere. Et paulopost: Eteīm ausus ē sub ipsa arce gymnasiū ꝓstituere et optimos quosq̄ ephebozū in lupanaribus imponere quę επι και ηβηθετα τησ ηλικιασ.
Ephegesis penul. pro. grece εφηγεσισ latine expositio prioris dicti.
Ephemeris penulti. cor. liber in quo res gestę p̄ singulos dies scribunt. Latine acta diurna τ diariū dicit' εφημεριδοσ quotidian' ab επι τ ημερα dies ipsos fuit romanis vt singuli rerū suarum tabulam conficerent. Vñ Iuue. accipit ꝓ libro in quo diurnales diuinationes erant: cū ait In cuius manibus ceu pinguia succina tritas cernis ephemeridas. Prop. tius vero ꝓ libro feneratoris in quo summas pecunię mutuaticę feneratęq̄ perscribit τ ratiunculā per singulos dies expensi acceptiq̄ subducit τ lucra dānaq̄ cōputat. Dicit em: me miserū bis aliquis ratiōem scribit auari τ ponit duras inter ephemeridas. Sene. vocat id genus libroz Calendariū li. de beneficijs. Memo bñficia in calendario scribit. Et alibi. Calendariū versat: sit ex dño ꝓcurator.
Ephemerinos febris vnius diei est. Emphemerinus vero quotidiana est τ ex humoribus corruptis prę sertim pituita coalescit.
Ephemeron animal ortū apud hippanē fluuiū: apud bosphorū Aristo. lib. v. animaliū.
Ephesus penul. corre. vrbs Ionię seu lydię celeberrimo dianę tēplo clara ab amaçonibus condita. Hoc templum ducentis viginti annis a tota asia factum fuit in solo palustri: ne terremotus sentiret. In eo centum viginti septem colūnę fuerunt a singulis regibus factę ex aginta pedum altitudine inter quas triginta ex celatę fuerunt miro artificio. Hęc ciuitas nauale τ portū habuit: τ loci oportunitate multum creuit τ maximū citeriozis asię emporium fuit. Ex epheso Heraclitus cognomento Scotinus fuit τ hermodorus qui ꝓpter excellentiā ingenij τ doctrinam et q̄ frugi erat in exilium missus fuit. Hyponax poeta τ parrhasi⁹ pictor τ appelles: τ Alexander orator: et Theodotion iudeus qui sacrā scripturā interpretatus est.
Ephestius latine domesticus familiaris dicitur.
Ephestris idis. a grecis dicitur vestis quę armatis superinduitur.
Ephestiades insulę quę a latinis Vulcanię et eolię: ꝙ eolus iliacis temporibus illic regnauerit. De quib⁹ supra in dictione eolus.
Ephippia equoꝝ ornamenta απο του επι και ιππον greci equum dicunt ꝓpriē regimina seu stragula quibus equi sternuntur: vel sellę equis ad insidendum impositę. Cato. Sibi puero modica fuit vna tunica: id ē toga sine fasceis calciamenti: equus sine ephippio. Hinc equites ephippiati: qui ephippia habent in equis. Cęsar. Non eozū moribus turpius aut inertius habetur q̄ ephippijs vti: itaq̄ ad quēuis numerū ephippiatoꝝ q̄uis pauci adire audent. Equi sine ephippijs desultozij dicūt': ꝙ ex his facile desiliāt. Et equi ephippiarij: quibus sellę imponunt ꝓter molliorē vecturā. Generaliter aūt oia q̄ mul⁹ equis a sinistra insternunt' strata dicere: τ equos stratos ac instratos eis ornatos. Vide i dictiōe Strata.
Ephialtes a nostris dicit' incubus.
Ephyra ę. seu ephyre es. penul. cor. vrbs Achaię quę nunc Chorinthus dicitur. Luc. lib. vj. Aut pelopis latę ephyren abrūpere regnis. Sic dicta ab ephyra Oceani filia. Hinc ephyreus a. um. Prop. Mō ita cōplebant ephyreę laidos ędes. Luc. li. vj. Insedit castrę ephyreaq̄ mœnia seruat. Mā Virg. Ephyreia era ꝓ corinthijs dixit lib. ij. geor.
Ephyre arū. nomē vrbiū in thessalia. Epiro Thesprotis et olis τ pheredis a quib⁹ ephyri populi vocāt'.
Ephod dictio hebrea qua significat' superhumerale pontificis vestimentū.
Ephodius: siue ephodion: viaticū τ qñq̄ sumitur ꝓ apparatu quasi επιεργη οδω.
Ephorus penul. cor. nomen ꝓpriū historici cumani viri: τ latine supinispectoꝝ prędes ꝑfectus episcopus ab επι τ ορω aspicio. Quo vocabulo cicero vtitur ꝓ quodā magistratu lacedemonioꝝ. Erāt em Ephori tales apud lacedemonios quales apud romanos tribuni plebis qui a Theopompo sic oppositi regibus sūt: vt apud romanos ꝓtulibus tribuni. Satis constat ab ephoris reges electos alios fugisse: alios interēptos olim ꝓ ministris regū fuerūt: paulatim deinde omnē potentiā in se transferentes ad id licentię puenerūt: vt sensim a rege magistratū ꝓpriū constituerint noie Ephoriā. Ephoria Tutela.
Epi ꝑpositio greca: q̄ qñq̄ ad: qñq̄ in: qñq̄ aduersus vel contra: qñq̄ supra significat.
Epialos genus febris ex pituita frigida: sed vitrea putrefactaq̄ nomē dedit ei placida pellacia pōti subdola quā greci αλσ αλοσ ηπισητα quoniam agitatum ex tranquillo difficillimū efficit' vel απο του ηπιοσ αλεαιρειν q̄ blande ac modice calefaciat.
Epibate: sūt bellatores in re nautica. Mircius in commen. belli alexandrini. Capta est vna hostiū quadriremis depressa est altera: alteraq̄ ꝓturbata: deinde oēs epibatis nudate. Idē in cō. belli aphrici Remigum partem ex classe gallozum rhodioꝝ epibatarum armata επιβατησ tū ꝓprie ascensoꝝ dicitur απο του ρημαοσ βαινω.
Epibathra ę. penul. pro. scala nautica.
Epicharida pe. cor. genus naviculę.
Epicheremata argumentationes sunt quę nonnullę

rationes appellauerūt. Cicero ratiocinatiua. Hier. ad Aug. Ego simpliciter fateor, dignationi tuę licet stilus ἐπιχειρήματα tua mihi viderenť tū non temere exēplarib⁹ litterarū credendū putaui.

Epicenū latine cōmune: promiscuum ex ἐπι καὶ κοίνον, quod est cōmune interest autem inter genus cōmune ⁊ epicenon: q̄ in genere communi et homines sunt ⁊ pecora: in epiceno pecora tantum. Et in genere cōmuni ambo articuli sunt. Hic ⁊ hęc cū nomine cōmunicat: vt hic ⁊ hęc canis. Epicenon autem cum articulo vno masculino cōmunicat nomē femininū: vt hic passer: sub quo intelligitur femina. Et sub neutro intelligit femina: vt hoc pecus: vt Virgl. Lenta salix fęto pecori. i. grauido.

Epicharmus nomē phi Siculi eruditione ꝓcellētis et acumine ingenij ꝓditi. Cuius mentionē facit Cicero lib. j. tus. q. Suidas ἐπι χαρμος τίνος θυ ἠχει μαρου καὶ σικιδος σιρακουσιος οστις ἐρεῖηρ κωμῳδίαν καὶ τραγοιπα.

Epicurus penultima produ. nomen philosophi voluptarū. A quo dicta est secta Epicureorum qui summum bonum in voluptate collocant. De quibus Sidonius Ast epicureos eliminat vndiq⁹ virtus. Hic fuit athenięsis Pago Gargetius horto⁊ magister. Vnde a Papinio in syluis dr. Mallet deserto seniori gargetius horto.

Epicterus penultima producta nomē philosophi stoici qui ex hieropoli phrigię vrbe originē ducēs rome Epaphrodito cuidā neronis familiari seruiuit. Atq⁹ ad marci vsq⁹ Antonini tempora peruenit. Domitiano autē imperante eius dominatu offensus roma hieropolim migrauit ratus verum esse quod est tragicum: patriā esse cuiusq⁹: vbi quis recte ageret. Tāta vero apud oēs hoies eius virtę admiratio extitit: vt Lucian⁹ syrus epicteti lucernam ficilē tribus drachmarū milibus ob eius auctoritatē venisse tradat. Hic Encheridion scripsit opus vtile quod angelus Politianus nup latinū fecit.

Epicrocū pe. cor. genus amiculi croco tinctum.

Epidamnus ciuitas Epiri. ab Epidāno rege barbarorum. Sed romani coloniam deducentes: vt inquit Plinius Dyrachium dicere maluerunt ꝓpter inauspicatum nomen Epidamni: tanq̄ a damno dicatur. Epidamnum ad quod alluſit Plau. in Mēn. cū ait Me mihi damnum in Epidamno duas tanq̄ nomē inditū sit epidamno q̄ illuc nemo sine damno diuertatur. De hac Luca. libro. r. Ad campos epidamnetuos Apianus sic habet. Epidamnus rex vrbē condidit quę ab ipso nomen assumpsit. Huius ex filia nepos dyrrhachus portū vbi adiecit quod dyrrhachium appellatur.

Epi daphne duę dictiones: quasi ad daphnen Locus in Syria de quo Stra. in Seleucide syrię quattuor insignia sunt oppida: ob id ⁊ tetrapolis dicta regio Antiochia. Epi daphne cognominata. Est autē Daphnę antiochēib⁹ vicinū ⁊ amenitate inclytū nomē octaginta stadiorū ambitu quo loco antiochensium conuentus agitabatur. Dictū a Daphne Ladonis filia. Jul. Capi. Verius posteaq̄ in syriā venit i delitijs apud Antiochiā ⁊ daphnen vixit. Ammianus Tunc apud daphnē amenū illud ⁊ ambitiosum antiochie suburbanum.

Epidaurus ciuitas in peloponneso. vt Ptol. inquit a Strabone Epidaura dicta Plinius. Epidaurū oppidum Aesculapij templo celeberrimū. Hoc etiam nomine dicta fuit insula iuxta Dalmatiam i illyrico mari stra. De qua Luc. lib. ij. Illyris ionias vergēs epidaurus in vndas.

Epidromes dicuntur funes quibus retia tēdunť circa summā ⁊ imam partem q̄ in his retia discurrāt ἐπι eē significat in: δρομω curro. Quidā accipiūt ꝓ anulis quibus cortina chordę appendit.

Epigamia ę. cōnubium: affinitas cum alijs gentibus.

Epigenes nomen phi byçantini.

Epigoni dicti sunt auctores secūdi belli thebani quasi ętus illorum qui primum confecerant bellum grece enim ἐπιγονη ętus appellatur: et qui post gignitur. Inde Euripides tragicus: tragediam hocargumento compositam epigonos inscripsit: que agi exposcebat voce magna scenico⁊ ⁊ sonora. Ob hoc dixit Lice. libro. j. offi. Qr histriōes voce freti agunt epigonos medeamq̄. Errāt qui existimāt epigonos apud Stra. esse populos a quibus fabulę nomen inditum sit: cum epigoni dicti sint generali vocabulo oēs illi qui ex diuersis populis cōflati: scōm bellū thebanū duce alcmone confecerūt quasi post geniti ⁊ filij illorum qui in primo bello ad thebas mortē oppetierant. Nam ex Statij lectione cōstat bellum thebanum ⁊ noia ducū: qui in eo bello occubuerunt. Quorū filij vt mortē parentū vlciscerenť communi cōsilio contra thebanos iterum arma mouerūt qui acceperant responsum ab apolline eam se ciuitatem expugnaturos si Alcmeonem Amphiarai filū imperatorem rei bellice fecissent. Igitur alcmeon exercitu ex grecis colletto contra thebas duxit copias: acerrimeq̄ cōmissa pugna potitus est victoria ⁊ thebe captę ac dirutę sunt. Epigoni etiam dicti sunt successores macedonum veteranorum qui sub Alexandro magno ex asiaticis feminis sobolem susceperūt. Quę soboles vt historici memorant nomen habuit Epigoni: qui in castris nati: in armis educati a parvula ętate periculis exercitati: laborib⁹ durati priorib⁹ inuicti extiterunt.

Epigrāma atis. seu Epigrāmatum ati. dicit inscriptio vel superscriptio ab ἐπι sup γραμμα littera: vel scriptio. Hinc epigrāmatarius ⁊ epigrāmatista pro eo qui epigrāmata cōponit.

Epigraphe pe. cor. titulus: inscriptio: census. i. dinumeratio ciuium lustrum.

Epigryphus penul. cor. dr qui habet aduncū nasum.

Epiglossis seu epiglotis fistula exterior ē. Quo etiam vocabulo dr eius fistule superior pars: qua cib⁹ potusq̄ ferunť. Totaq̄ Curculio vocatur.

Epilepsia ἐπιλήψια penul. pro. latine correptio seu apprehensio dr. Morbus est sic dictus q̄ mentē apprendens corpus pariter possideat ex melancholico humore. Cōtrahunť em nerui ex hoc morbo. Dicit ⁊ morbus caducus. Vulgus appellat lunaticū. Idē Comitialis appellatur eo q̄ si cuiq̄ in comitijs contigisse deprensum fuisset dimittebanť comitia. Sūt etiam huius morbi alia nomina: de quibus in dictione Comitialis.

Epilepticus: qui ex Epilepsia laborat.

Epilogus penul. cor. latine conclusio. Nam quas nos conclusiones dicimus: greci epilogos appellant ab ἐπι quę diminutionē hic denotat: et λογος sermo. Epilogus ē pars nouissima oratiōis: quā quidā cumulū: quidam perorationem vocant. Rhetorici tripertitum epilogum faciunt: constantem ex numerationeamplificatione ⁊ comiseratiōe. Per enumerationem fit rerum repetitio quę grece dicitur anacephaleosis. i. recapitulatio. Per amplificationē cōcitantur animi auditorū. Per cōmiserationē flectuntur ad misericordiam.

Epilogismus cogitatio. Computus.

Epimachus penulti cor. nomen ꝓprium viri: et latine facilis expugnatu dicit.

Epimenides penulti. cor. nomē philosophi cretensis cōtemporanei pythagorę qui multa ⁊ versu ⁊ prosa scripsit: vixitq̄ annis. clxxx. vel secundum aliquos

ccreciū. Vide Laertium.

Epimēdiū: vt Pli. scribit est tertiū bulbi genus cibis gratū angustius folio minusq; aspero.

Epimone penul. cor. latine persecuerantia. Figura qñ ad maiorem certitudinē in eadem dictione pleueraē vt apud Virg. Sic sic iuuat ire p vmbras. Hęc etiā epiçusis vocatur.

Epinicia orum greci vocant premium et celebritates p parta victoria επινικιοσ επι και νικαω οθεν παραγεσαι και νικοσεοσ. Victorialis. Hier. lib. ij. macha. Et cū epinicia agerent in Hierosolymis: id est solennitates de victoriis. Sue. vero accipit p carminib⁹ ac laudatiōibus cōpositis cū in Merone scribit. Sequēti die letū inter letos cantaturū epinicia quę iam nūc sibi cōponi oporteret

Epiphania grece apparitio seu manifestatio latine ὀr φαρω eīn manifesto. Hiero. dies epiphanioq greco sermone sic vocatur. Quod enim apud nos apparitionem vel ostensionem dicimus: greci epiphaniam vocant. Vocauē ideo quia dominus noster hodie saluator apparuit in tenebris. Licet eīn olim natus esset ex maria: et triginta annoq expleſſet ętatem tñ ignorabatur a mundo: eo tēpore cognitus ē quo ad Joānē bap. vt in iordane baptiçareē aduenit: et vox de ęlo patris intonātis audita est. Hic ē filius meⁿ dilectus in quo mihi bene cōplacui. Quem pater de ęlis mōstrauerat voce: hunc spiritussanctus versus in columbam: ꝛ sup caput illius sedens tactu quoq ipso voluit demōstrare: ne quis alius dei filius putareē ex populo. Epiphania q̄q vocaē cū latitudo mē suratur cū longitudine. Vide in dictione Brame.

Epiphanes penul. p. latine illustris επι sup φαροσ clarus. Vnde Antiochus epiphanes. i. illustris qui fuit crudelissimus omniū tyrannoq.

Epiphora penul. cor. morbus oculorum: quem vulgo lachrymā vocāt: cū descēsus humoris oculos angit απο του επιφερειν. hoc est ab inferendo. Plin. Caro peponū epiphoris oculoq ꝛ doloribⁿ ꝑdest. Col. lib. vij. de maguderi. Eadē radix cōtusa ꝛ cum oleo lentisci inuncta vitiū expurgat: epiphorā sup/primit: polenta ꝛsperſa mulsa aqua. Dicit ꝛ de alijs mēbris. Pli. Testiū ꝙo epiphoris cū ramis laureę tenere adeo pecularis est.

Epirhediū rheda: compositū nomē ex greco ꝛ gallico επι ꝛ rhede gallicū latini epirhediū dixerūt. Juue. Tritoq trahunt epirhedia collo.

Epirus pe. pro. continens dicit: hoc est firma terra: regio quę molossa dicta est: et a chaone heleni fratre Chaonia nunc vero albania vocaē. Terminaē Epirus a septētrione macedonia: ab oriente Achaia: ab occidēte Jonio mari. In ea sunt ciuitates Micopolis ꝛ Ambracia. Hinc Epirota: qui est ex epiro.

Epiodum seu Epiodium canticū quod dicit cadaueri nondum sepulto: alto nomine nenia ὀr ex επι super ꝛ ωδον canticum.

Episcopus greçum inde ductum: ꝙ ille qui ꝓficitur superintendit: curā eorum gerēs επι sup σκοποσ intentio cōsideratio. Ergo επισκοπειν latine sup intendere possumⁿ dicere: vt intelligat non se eum qui pręesse dilexerit nō prodesse. Et propie dicitur qui ꝑest pani ceterisq venalibus rebus cuitatibus ob quotidianū victū necessarijs. Episcopatus digni tas ipsa Episcopiū episcopi habitatio. Episcopalit intente. Aug. lib. v. cō. Suscepit me paterne ille bō dei: et peregrinationē meā satis episcopalit dilexit.

Epistola απο του επισταλλειν quod est mittere: quia ad absentes mittit. Hinc epistolare qđ ad epistolā ꝑtinet. Hier. Neq eīn epistolarq angustia eua gari longiⁿ patiebaē. Libaniⁿ aūt i libello epistolādi αριστα δε αγτισ δυνηθειν επιστειλαι εἰγγυοι ητισοῖ επιστολη και τιλεγειν εραι ῆθεμισ εἰσ ποσ α προσ αγοριασ διαιρεῖ ταιεπιστο λη μεν ουν εστιν ομιλια εγιραμματοσ απορτοσ προσ απορτα γιγομεν ουκαι κρεῖ δη ωσκοπον εκ πληρουσ αερεῖδεῖσ εν αυ ῆνωσ πορπαρομι προσ α πορτα δια ιρεῖ ται δεειο συχρασ τεκαι παμπολουσ προ/σιγοριασ

Epistilium capitellum: quod sup columnā ponitur.

Epistates grece dicit qui a nobis villicus, pcurator q̄ ac ꝓpositus rei faciende vocaē.

Epistomium dicitur in fontibus manu fabrefactis in quib⁹ sunt fistulę plures aquā trāsmittentes. Sene. ad Lucil. Nisi aquā argentea epistomia effuderint ꝛ adhuc plebeias fistulas eloquor. Varro lib. iij. de re. rus. Cū ꝛ aqua calida ꝛ frigida ex orbe ligneo mē saq quā dixi in primis radijs esse epistomijs versis ad vnūquēq factū sic vt fluat in cōmuam.

Epischidion apud Vict: accipit pro cuneo.

Episynalipha conglutinatio duarū syllabarū in vnam qđ i diphthongo: ꝛ synereſi fieri ꝓngit. Nā συρε λειφη cōiunctio dicitur.

Epitaphium latine supra sepulchrum Ταφοσ enim sepulchrum: ꝛ sumit ꝑ laude post sepulturā. Est eīn eulogium quod in sepulchrq marmoreis incisum vi/demus completa sepultura. Accipit et pro titulo et pro oratione funebri.

Epithalamium sacer hymnus qui in spōsalicijs canit.

Epithesis pe. cor. impositio impostura aggressus.

Epitheres modestus: impostor: fundator.

Epitheton penul. cor. a Quintil. ὀr appositū ab alijs adiectiuū ab επι qđ significat in ꝛ τιθημι quasi im/positū. Epithteta tribus de causis noibus addūtur Discretiōis: vt phrigię molimur montib⁹ idę. Pro/prietaq: vt Terribili imperum setaq ꝛ dētib⁹ atris. Ornatus: vt alma venus.

Epithome es. pe. p. breuiariū vl incisio ὀr et cōpendi um ab επι sup ꝛ τομη incisio vel intersectum.

Epitogium genus pallij: quod supra togā ferebatur. Cōpositū nomē ex greco ꝛ latino.

Epithima penulti. p. dici potest supimpositū: opercu lum θημα positum ὀr quicquid alicui rei imponit ex quo ꝛ medicamenta q̄ ad refrigerandū cor impo/nunt Epithimata dicuntur.

Epithymia ę. cum accentu in pe. latine dicit ꝓcupiscē tia desideriū vaporatio sacrorū.

Epithyrum genus edulij seu casei siculi. Fit enim ab επι et τυροσ caseⁿ. Epithyrū etiā siue pyrrū dicit a ꝓfracta oliua quę grece dicit πιτυριστ. Vā apud Col. Epithyrū conditura oliuarū legimus.

Epitrapeçia dicunt generaliter mēsis apta q̄ sunt vas/cula ꝛ potoria ꝛ escaria ab επι ꝛ trapeça mensa.

Epitrita penul. cor. pes ex quattuor syllabis constans quarum vna semp ab alijs tribⁿ discrepat. Primus ꝓstat ex iambo ꝛ spondeo. i. ex prima breui ꝛ tribus longis: vt sacerdos. Secūdus ex trocheo ꝛ spōdeo. i. ex secūda breui alijs longis: vt ꝓditores. Tertius ex spondeo ꝛ iambo. i. ex tertia breui alijs longis: vt hereditas. Quartus ex spōdeo ꝛ trocheo. i. ex quar ta breui ceteris longis: vt Celestinus.

Epitrocasmos verborum sup seinuicē effusio vl super mensio q̄ fit aduersarij turbandi causa.

Epiçeusis cōbinatio. Figura cuj dictio in versu absq medio aliarū conbinaē. Vir. Me me adsum q̄ feci.

Epos carmen heroicū diuinarum rerū ꝛ heroicarum hūanarūq cōprehēsio. War. Scribamⁿ epodos ce pisti scribere cessi Emula ne starēt carmina nr̄a tuis Cōpositū cū ωδη q̄ et cantⁿ apud nos ὀr Epodus quasi carminis cātus. Et inde Epodion diminutiū .i. paruū carmē qđ a lyricq clausula breuis ὀr q̄s ꝑ-ēy

sos versus integris subiũciat: vt apud Hora. Beat⁹ ille q̃ ꝓcul negociis. Deinde sequit̃ ꝓcisus: vt prisca gens mortaliũ. Et sic deinceps alterni quib⁹ aliqua pars deest: ⁊ sunt ipsis ꝓcedentibus similes.

semp̄ primę cōiugationis. Alterū recipit.m.et trāsit ad tertiam:ambo tamen incubui ⁊ supinū incubituꝫ faciunt:⁊ significatione conueniūt. Est aūt incubare instare/inniti/insistere/inherere:⁊ datiuo semper iungitur. Virg. Ponto nox incubat atra. Quintil.lib.x. Qui autez sciuerit quo quęꝫ sint modo dicenda nisi tanꝫ in procinctu paratā quidē ad oēs casus habuerit eloquētiā velut thesauris clausis incubabit. Cice. in Timeū. Platonis. Qui omnis animātes cōplectit:id nō pōt esse cū altero. Rursus enim alius animans qui eū cōtineat sit:necesse est. Incubamus ensi terrę mari pellibus spongię cardini ⁊ similibus quę subiectę aut obiecte rei ꝓportionē habent. Papi. Et festinātis sistens Fata salutifero mitis deus incubat angui. Incubare etiā quēdā Ioui dicim°:ꝓ eo qđ est apud Iouē. Plau.in Cur. Māꝫ te incubare satius fuerit Ioui q̄ tibi auxilio in tureurādo fuit. Simile huic fere verbū videt incūbere innitię. Pli. Cęlum inḡt cardini suo.i. terrę incumbit. Aliubi terrę ait oia inniti. Aliꝫ incubare ex vi ꝓpositionis in significat intus siue super cubare. Cubare enim dormire siue ꝙescere:stare ꝓsistereꝫ significat. Aūt Plau.in Cas. Est ei quidā seruus qui in morbo suo imo vero in lecto ne quid mētiar incubat:⁊ iterū. Aliꝫ ego eā mecum rus vxorem adduxero ruri incubabo vsqꝫ in prefectura mea. Cato de re rust. Primus cubitu surgat: postremus cubitū eat. Col.li. viij. Et semp̄ ḡ aridissimis filicibus vel culmis stabula constrata quo puri⁹ ⁊ mollius incubent: id est supercubent dormiant aut quiescāt. Lactā.lib.de opi. Nidos aut luto edificant aut virgultis ⁊ frondibus construunt et ciboꝝ expertes incubant ouis. Pli.lib.x. Oua incubari infra decē dies ędita vtilissimū vetera aut recentiora infecūda. Var. Quę velis incubet:negant plus viginti quinꝫ oua incubare. Hic cum actō iunxit. Pli. li.ij. Aut si vna oēs incubarēt. Vel Aut si vna omnes incubaret. Hoc est si natura vna tantū esset quę mundos illos oēs incubaret.i. occuparet possideret: amplecteret:foueret vt galline oua. Macro. quoꝫ de Dionysio.Siculo inḡt incubatoꝝ aule. Ab incubo fit incubitus us.⁊ incubatio. Pli. Quedā aūt citra incubitum ſponte natura gignit. Idem. Rara incubatio ouis noxia.

Incubones dicuntur qui thesauris inuigilāt: cum tamē mediocritas in reb⁹ humanis sit optima vnde theognis megareus μηδεν αγαν σπευδειν παντων μεστ αριστα και ουτωσ κυρη εξεισ αρετην ηρ τελεβειν χαλεπον.

Incumbo is:datiuo similiter iungitur:⁊ duo significat scz obnixe operando alicui rei: vt Incumbo studiis. Et inhereo. Virg. Incūbens tereti damon sic cepit oliuę. Pli.libro.j. Mamaꝫ in illo caua in se conuexitas vergit ⁊ cardini suo:hoc est vndiqꝫ terrę incūbit. Frequēter etiā actō meditāte ad. vel in. vt a Cicerone fere semp̄ vsurpat. Pergite inquit adolescentes ⁊ in hęc studia in quibus estis incūbite. Et alibi. Quare incūbamus ad illa preclara studia. Nam cū operi alicui faciundo incūbimus toto pectore: significatur diligentia ⁊ conatus. Similiter cuz accuratius quid mente agimus incūbere dicimus. Plus tamē inesse videt actō cū in ḡ dtō:quasi sit inniti: vel insistere cōtra siue sup̄ in quo designatur quid arduum vel mirabile vel onerosum. Et hoc ex vi prepositionis in actō iūcte. vt Li.ꝓ Cor.balbo mirabile a se factum fuisse declarat cum ait. Hoc siue meum siue reip. fatum vt etiam in me vnū omnis illa inclinatio cōmuniū tēporū incūberet. Onerosum seu arduū: vt idē Cornificio Te tū horto⁹ vt omni cura in remp. incūbas: hoc est sustentandā siue tuendā qđ difficillimū erat. Quare si dixero. Incūbo in remos maior nixus in illos desiḡnat:ḡ incūbo remis: vt sit incumbo in remos quasi totis viribus brachijs innitor contra siue super remos. Inde Hiero. vsus est prepositione sup ad Dama. Papā. Incubuit super collū. Aliquando ꝺo in huiusmodi forma significat irruo. Cice.pro Plancio Potius ḡ ab ipsis q̄ in teip̄m incūbuerūt te depulsuz putas. Quintil.libro.v. Et fluctus esse cum magna vis venti in mare incubuit. Virgi. tamen dtō iunxit. Incubuere mari cū tamē irruo actū poscat cum prepositione in. Tereū. in Adel. Fores effregit: atqꝫ in ędes irruit alienas: Incumbo autem ad studia significat animo ⁊ opera intendo:siue innitor ad studia: vt Cice.ꝓ Pōpeio: Quare videte ne dubitandū vobis sit omni studio ad bellū incumbere. Aliqū post actū adhibeḳ adiectiuum: vt effectus rei quę designatur demonstreḳ: vt idē ꝓ. L. Sylla. Meminē esse ex illo honoris gradu qui non in studio: virtute auctoritate incubuerit ad rempu. conseruandam. Si vero nō ponitur adiectiuum tunc subintelligiḳ: vt sit incūbere ad bellū.s. suscipiendū incumbere. Et ad eius perniciem incumbenti: hoc est exequendā. Simile erit si dixero Remiges incūbunt ad remos subintelligiḳ emēdos si emere velint: vl habēdos si ꝓhibeant aut detineāt vel obnixe tenēdos ne sibi rapiant aut e manib⁹ elabant ⁊ hmōi:licet Valla in remos vel ad remos incūbere dici posse neget:sed remis tantum. Est preterea quando incūbere significat subire: siue superuenire. Lactā.lib.ij. Si morboꝝ pestifera vis incubuit. Ambro. Vesper incubuit:populi sequebant: stagnum occurrit:turbe vrgebāt. Irē superiacere. Virgi.lib.iij. Incubuitqꝫ toto:dixitqꝫ nouissima verba. Et lib.vij. Pellib⁹ incubuit stratis:somnoqꝫ petiuit.

Incubi penul. cor. dicti sunt syluani ⁊ fauni:quos impios quandoqꝫ fuisse mulieribus cōpertū est ac caruz appetisse peregisseqꝫ concubitū.

Inculco as:eadem sepius iterando ingero: inspisso:ex in ⁊ calco.

Incultus:a cultus participio compositū est:⁊ in negatiue sumitur. Liuius lib.ij. Charitas primū annone ex incultis p secessionē plebis agris. Hiero. ad Helio. Squalida capitis horret inculta cęsaries. Et in hac tantū significatione reperiri puto: hoc est nō cultus: non exercitatus: vel non ornatus: vel non habitatus adiectiuū. Et non ab incolo est: vt sit eius participiū. sed eius forez si ꝓ inhabitat⁹ caperek qđ nusqꝫ legi. Hiero.ad Dama. papā. Non ambigo quin inculta nostre paruitatis oratio videatur.

Incunabula. Vide supra in dictione cune.

Incurro is:contra aliquem curro qđ vernacula lingua dicik correr adosso. Liuius lib.j. Eo filio ꝑcipua equitum gloria fuit vtrinqꝫ a cornib⁹ positos cū iam peleretur media peditum suoꝝ acies incurrisse a lateribus ferunt. Aliquādo incurrere est intro currere seu vltro se injicere. Sal. Postqꝫ Catilina fusas copias seqꝫ cū paucis relictuz videt memor generis atqꝫ pristinę dignitatis inter cōfertissimos hostes incurrit ibiqꝫ pugnando confoditur. Lactā. Per translationem dixit. Aut oblitus esse propositi videar: aut loquacitatis crimen incurrā. Aliqū Incursiones quas curratias vulgo dicunt facere: quę fiunt prędando loca. D. Brut⁹ Ciceroni Aut apēnino alpibusqꝫ se teneat et decursionib⁹ per equites quos habet multos vastet ea loca quę incurret. Hinc incursus us. pro incursione. Col. Hostiles incursionibus vastatas fruges.

Incuria et incuriosus vide supra in dictione curiosus.

Incuruus valde curuus. Teren. in Eu. Continuo accurrit ad me ḡ longe quidem incurvus:tremulus:labijs demissis.

Incuruo as incuruū facio.

Incurueſco is:incuruus fio. Cice.libro.j. Tuscu. Hic

autem vbi habitamus non intermittit celum nitescere: arbores frondescere: ramos baccatū vbertate incurvescere.

Incus penultima producta generis feminini instrumentum in quo aliquid cudimus. Hora. Et male tornatos incudi reddere versus.

Incudo onis qui in incude siue super incudem quicq̄ fabre facit. Hieron. cōtra Joui. Et in nautibus piscatorum caput eius stat: sicut incudo insatiabilis reputat ferrum vt paleas.

Incuso as: pe. pro. Vide in dictione accuso.

Incutio is penul. cor. ssi ssum ex in ⁊ quatio: q in c ⁊ a in u. mutatis: vt cetera composita. Concutio discutio: excutio: percutio. Est autem incutere injcere. Virgi. Incute vim vētis: submersasq̄ obrue puppes. Aug. lib. viij. confes. Quanto propius amouebar: tanto ampliorem incutiebat horrorem.

Indago as: penultima producta inquiro. Lice. li. j. offi. Inest idagatio atq̄ inue. Et de opti. genere dic. Aut reprehendet q̄ inusitatas vias indagemus: tritas relinquamus.

Indago indaginis: ⁊ indages inis: p inquisitione. Virgi. Saltusq̄ indagine cingunt.

Inde aduerbium. i. ex eo loco. Liuius libro. j. Primo in Macedoniā venisse: inde in Siciliā querentē sedes delatum. Aliq̄n dicit nō de loco sed de rebus. Idē in eodē. Omnis te exempli documēta in illustri posita monumento intueri. Inde tibi tueq̄ reipu. q̄d imiteris capias. Aliq̄n ponit pro deinde: vt apud eundē. Crimini maxime dabant in numitoris agros ab his impetuq̄ fieri inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modū prędas agere. Hinc fiunt cōposita deinde: exinde: pinde: ⁊ pinde: q̄ hūc accētū in antepenul.

Indidem pe. cor. aduerbium compositū ab inde ⁊ idem quod est ex eodem loco. Plau. Indidez vnde oriar facito: vti facias stulticiam sepelibilem. Apud Cato. ponitur pro idem mor.

India regio orientalis asię terminus: quę tam vasta perhibetur: vt eā tradāt esse tertiā partē omniū terrarū. Pōpon. scribit tantū spaciū littoris occupare: q̄uz per. lx. dies noctesq̄ velificantibus cursus est. Tradunt in ea fuisse quinq̄ milia oppidoruz: ab Indo flumine sic appellata: in quem ab occidentali plaga desinit: q̄ solus post milū crocodillos creat. Hęc a meridi. mari incipiens adusq̄ solis occasum porrigitur: et a septentrionibus vsq̄ ad curnu suum montē prouenit. Hēmis abundat. Lapicanes ⁊ elephātos procreat arbores habet semp frōdētes. Tell⁹ bis fruges in anno ad maturitatē perducit. Piper: calamū aromaticum ⁊ cynnama ad nos mittit. Indi propegentium soli nunq̄ emigrauere finibus suis. Illic binę estates leues aurę: temperies celi: vbertas soli: aquarū abundantia: quę oia faciūt: vt maiora: in india q̄ in ceteris regionibus nascantur alia. Ab india fiunt adiectiua. Indus. ⁊ indicus libro. v. de gestis. Alexandri arrianus. ο Ἰνδὸς ποταμός ἐστι τῶν κατὰ τὴν ἀσιανὴν καὶ ευρωπὴν πλὴν γαγγου καὶ τοὺτου τουιναου ποταμου καὶ οἱ αἰπηγαι εισιν αὐτῶ επίσα δε τοῦ ὀρους παραμισ/σου η καυκασου.

Indus fluuius: a quo India nominata est: quez in iugo caucasi montis q̄ vocatur paropanysus aduersus solis ortū effusum aiunt: in secq̄. xix. amines recipere.

Inder generis cōis pro eo vel ea qui vel quę aliquid indicat ⁊ accusat. Asco. scribit: indicē esse qui facinoris cuius ipse est conscius latebras indicit impunitate ꝓ posita. Salu. Plericq̄ crasso ⁊ negocijs priuatis obnoxii conclamabant indicem falsum esse. War. Indice nō opus est nostris nec iudice libris. Inde indiciū dictum quod alio nomine indicium vocatur pro detectione ⁊ accusatione. Apu. Ob indicium pręmiū occupasse domino tamen suo. Sal. Iraq̄ cōsulente Cicerone frequens senatus decreuit Tarquinij indicium falsum videri. Inder ro masculini generis accipitur pro digito prope pollicem: vel pro lapide quo auri vel argenti gradus cognoscitur.

Indico as: pe. cor. re. significat manifesto: ⁊ palam facio. Plau. in Asi. Ego ne hęc patiar aut taceam? Emori me malim q̄ hęc eius vxori non indicem. Aliquādo demonstro. Lactan. lib. vij. Ipsa ergo virtutis perpetuitas indicat humanū animū si virtute ceperit p/manere: quia ⁊ virtus perpetua est ⁊ solus human⁹ animus virtutē capit. Aliquādo accuso. Vlp. scribit Indicasse reū est detulisse: arguisse: accusasse cōuicisse Sed he significationes in idem recidunt. Aliquādo indicare ponitur pro addicere: hoc est rē emptā liberare. Lice. li. iij. offi. Scęuola publij filius cū postulauisset vt sibi fund⁹ cui⁹ emptor esset semel indicaret

Indicium. Vide in dictione inder.

Indicatura estimatio. Pli. in pręfa. Hęc fiducia operis hęc indicatura.

Indicatiuus a um: dicitur id in quo aliquid indicat. Vn de indicatiuus modus dictus est: quia eo indicamus id est ostendimus quid agatur.

Indico is penultima producta ri ctum multa significat. Nā indicere est denūciare: q̄uis iter se differāt q̄ maiorē vim habeat idicere q̄ denūciare. Nā denūciare ꝓprie est significare: ⁊ simplr sumi pōt: vt vētus denūciat pluuiam. Et denuncio me tibi propediem affuturum. Cice. pro Plan. Denūciasti hō adolescēs q̄d de rep. sentires. Indicare vero licet significet denunciare nō tamen ꝓprie: quoniā dico aliud significat: q̄ nuncio: ⁊ in aliud q̄ de. In eīs iuncta verbo dico maius incrementum demonstrat ⁊ significat maxime q̄uis ⁊ significationē cōtra nō omittat. Indico ergo maxime dico: hoc est solēniter dicendo denuncio: vt si dicam. Bellum tibi indico: non est sicut bellum tibi denuncio id est bellum me tibi illaturuz significo: sed bellum me tibi iure illaturum dico. Aut bellum tibi a me inferendū esse indico. Quod Cice. li. j. offi. aperte docuit: q̄ vtrūq̄ verbū sic posuit. Ac belli q̄dē equitas feciali populi ro. iure pscripta est: ex quo intelligi potest: nullum bellū esse iustū nisi q̄ aut rebus petitis geratur: aut denunciatū ante sit ⁊ indictū. In his verbis duo genera belli gerendi fuisse significat. Primū rebus petitis: quę si negabantur reddi: ⁊ bellum cum illis gestum fuisset iustum habebatur. Alterum honestius iustiusq̄ erat: eo q̄ petitis rebus nisi redditę fuissent bellū gerendū esse maturo decernebat⁹ consilio: tum ad fines hostiū denūciatis belli suscipiendi causis bellū indicebat. Sed quo pacto indiceret. Li. li. j. declarat his verbis. Quādocūq̄ pars maior eorū qui aderāt in eandē sententiā ibat: bellū erat: cōsensu fieri solitū: vt fecialis hastā ferratā aut sanguineaz pręustā ad fines eoz ferret ⁊ nō minus tribus puberibus ꝑsentib⁹ diceret: q̄ popul⁹ prisco latino hominez ve prisci latini aduersus po. ro. q̄ritū fecerūt deliq̄rūt. Ob q̄ bo. ro. q̄ritū bellū cū priscis latinis iussit esse senatusve populi ro. q̄ritū cēsuit ꝑsensit cōsciuit vt bellū cū prisco fieret: ob eā rē ego populusq̄ rom. populis prisco latino: boibusq̄ priscis latinis bellū indico facio. Id vbi dixisset hastam in fines eorum emittebat. Hoc tū non a latinis repetite res ac bellum indictū morēq̄ eorum posteri acceperunt. Potest tū in significare contra: vt si dicā bellū indico voluptatibus: tūc contra voluptates bellū me gesturū dico: hoc est solēniter ꝑsiteor. Nec soluz indicere pertinet ad bellum gerendū sed etiam ad funus. Ait Festus ait. Indictiuum funus ad quod per prędonē euocabantur. Sueto. in Cęs. Funere indicto rogus

extructus est. Preterea ad concilii tributū spectacu
lū: z hmōi que nō nisi ritu solēni fieri cōsueuerūt. Si
militer sacerdotes festa ieiuniaq; populo indicere so
lent. Aliquando etiam est quasi precipere: vt apud
Liuium lib.j. Longe a domo patribus excitis ipsuz
qui concilium indixerat non adesse. Aliquando impo
nere. Idem lib.iiij. Unde enim eam pecuniam consti
ci posse nisi tributo populo idicto. Lice. in ver. acti.
v. Legem sibi indicunt innocentie: continentiq; virtu
tuq; omnium qui ab altero rationem vite reposcunt.
Aliquando significare. Liuius lib.ij. Indici deinde
finitimis spectaculum iubet.

Indictum dicitur qō est solenniter promulgatū: vt indi
ctum bellum denunciatū dicitur. Indictuz funus de
nūciatę exequię. Et indictū non dictū. Terē. in pho.
Qō dictū indictū est: qō modo erat ratū: id irritū est.
Et hoc modo non ab indico: sed a participio dictus
compositū esse censeo. Liuius. v. Itaq; que tū cecine
rit diuino spiritu instructus ea se nec vt dicta sint re
uocare posse. Sic etiam dicit indicta causa. i. non di
cta z nō defensa. Lice. Q. rabi. Sed indicta causa ci
uem romanum capitis condēnari coegit.

Indictiuus ua um: qō indictum est: vt funus indictiuuz
de quo paulo ante. Et indictiue ferię quas consules
vel prętores indicunt.

Indictio spacium. xv. annoz qō indicebatur vt tribus
lustris tributa toto orbe romanę rei soluta essent.

Indeprecabilis apud quem nō valent pręces. Belli. Et
pęna indeprecabilis subeunda esset.

Indefensus sine defensione. Liuius. li.iij. Suos increpans clara voce. Uic prębituri inq̄t vos telis hostiū
estis indefensi multi. i. sine defensione: sine vindicta.

Indemnis indemnatus. Uide in dictione damno.

Indies significat quotidie sed proprie cum incremento
Ideo plerūq; iungitur comparatiuo. Lice. Cū id ma
lum serperet indies magis. Reperitur etiā sine cōpa
ratiuo sed tamē cum verbo significante incrementū.
Li. Crescente indies multitudine. Indiem vero iun
gitur plerūq; cū verbo viuo. Quintili. Non vt fere
volucres p̄sentis modo cibi memores in diē viuunt.
Aliq̄n cū alio verbo. Sal. Panē indiē mercari quasi
p̄sentis diei rationē habere. Indiez addicere est rem
venalē ita vendere vt nisi alius ad certū prestitutūq;
diē maius pręciū obtulerit: illius sit qui primo obtu
lit. In dies singulos id est q̄ quoslibet dies. Li. Ve
tello Hęc rationes atq; eius mei consilij maioze in
dies singulos fructū voluptatēq; capio.

Indigeo es penultima correpta. Uide in dictiōe careo
Huius impersonale. Pli. lib. x. posuit. Munq̄ con
spectis nisi cum presidio earum indigetur. Ab Indi
gens fit Indigentia e. pro inopia.

Indigus a um: penultima correpta quod indiget. Aug.
Sed sicut eum vidimus infirmum iacentem indigū
opis alienę.

Indigena penultima correpta dicitur inde genitus nec
a liunde proueniens.

Indipisco is: vsurpo assequor adipiscor. Quod et Indi
pisceris: indeptus dicatur. Plaut⁹ in Aul. Hecq̄
partē tibi ab eo cui sit indipisces neq; furem excipies
Gel. lib.j. Si em̄ acheos Homerus pugnam indipi
sci ait nō fidicularum tibiarūq; concentu conspiratā
Hinc Indepto as: frequentatiuū. Uar. Hec partez
aliquā indeptauit hereditatis.

Indigito as: penultima correpta quasi indicito ab In
dico vel a digitis deducitur. Et significat. Uoco no
mino z quasi per nomen ostendo. Macro. Mamq̄
virgines vestales ita Apollinem indigitant. Apollo
medice: Apollo pean. Idem. Nam ita ab incolis in
digitantur.

Indigitamenta: libri pontificales qui z nomina deoz
z rationes ipsoz numinū continent.

Indigetes: pe. coz. dū ex hominibus facti. Quo nomi
ne dictus est Eneas cum pugnans cum Mezentio
nusq; apparuisset. Illi Indigetes dicunt esse deos
tutelares: quoz noia vulgari nō licet.

Indigestio: cum cibus non digeritur. Hierony. ad Eu
stochiū. Ad orationē tibi surgēti nō indigestio ructū
faciat: sed inanitas.

Indigeste aduerbiū: significat inordinate.

Indignus: non dignus. Terē. in Eu. Nam si ego digna
contumelia hac sum maxime: at tu indignus qui face
res tamen. Interdū ponit pro miserabili. Idē. Indi
gnis cū egomet sim acceptus modis.

Indignoz z indignitas. Uide supra in dictione Dignoz

Indiscriminatim indifferenter.

Indisertus: non eloquens. Gel. Non indiserti viri.

Indocilis: qui penitus non potest discere. Indoctus q̄
nondū didicit.

Indo is: indidi. itum: impono. Plau. in cap. Decimum
vocitatus est: post vos indidistis Tindaro. Quādoq;
significat intus do: imitto. Idem in Cas. Dem me
z te infelicem si ego in os meum vini guttam indidi.
Interdum imprimo. Idem in Asi. Qui sepe ante in
nostras scapulas cicatrices indiderūt

Indoles penul. coze. ab indolesco fit per interpretatio
nem. Et in pueris quidem atq; adolescentibus est si
gnificatio quedā futurę pbitatis. Ci. Ut em̄ ab ado
lescētibus bona indole p̄ditis sapiētes senes delectā
tur. In viris vero signū est p̄sentis virtutis. Idē. Ho
mines in quibus est virtutis indoles cōmouent. Ām
z p̄ p̄stantia seu generositate quadā virtutis atq; ani
mi ponit. Liuius de Lauinia iam matre inquit Tan
ta i ea virtutis indoles fuit. Luc. Indole si dignū latia
si sanguine prisco Robur inest animis. Aliq̄n etiam
in malum dicitur: vt apud Liuiū de Annibale. Cum
hac indole virtutum ac vitioz̄um sub Asdrubale me
ruit. Trāsfertur quoq; ad muta atq; inanimata. Idē
Sicut in frugibus pecudibusq; non tantū semina ad
seruandam indolem valent quantū terre proprietas
celiq; sub quo aluntur.

Indolentia quasi non doloz cū nihil dolet. Lactan. lib.
iij. Nam corporis bona. i. incolumitas indolentia z
valitudo nō min⁹ sunt mutis q̄ homini necessaria: ac
nescio an etiam magis quia homo z medelis z mini
sterijs subleuari potest: muta nō possunt. Hec etiam
Indoloria dicit: vt Sidoni⁹ a Cice. dicta p̄scribit.

Indomitus pe. coz. qui domari nō potest. Ām dicimus
equum indomitū. Aliquādo ponitur pro feroci. Ām
dicimus gētes indomitas. Aliq̄n p magno. Virgi.
Mate quis indomitas tantus doloz excitat iras.

Indubitatus: nō dubitatus. Lactā. lib.ij. Pro confesso
z indubitato habitū est.

Induco is penul. pro. proprie intro duco. Plau. Induc
eam in domū. Quandoq; Inducere est psuadere illi
cere decipere inclinare. Lucil. Mut⁹ ego animū si in
duco vt ab amoze meretricis delistat. Idē. Miseruz
senē sirenum cantu inductum. Quādoq; Abolere cā
cellare Sue. in Cesa. Amplissimis verbis collauda
tū in integrū restituit inducto priori decreto. Et alibi
Multa inquit z deleta z inducta z superscripta ine
rant. Uerbū id iuris est. Origo eo p inducto chartis
atramēto velut tectorio deleri q̄ scripta prius erāt cō
tigit. Quādoq; Fingere. Cic. lib.iij. offi Hic ille Hy
ges inducitur a Platone Quādoq; Ingredi faceret
vt Uide q̄ me iducas. Quādoq; Affirmare: vt Sic
animuz induco meū. Quandoq; Imponere: vt So
leę ligneę pedibus inducte sunt. Quandoq; Infige
re: vt Ita induri in animū.

Inductio genus argumenti. Est em̄ oratio per quā fit a
particularibus ad vniuersalia progressus. Vel indu-

ctis est oratio que rebus nō dubijs captat assensiones eius rei que instituta est.

Inducie: pax in paucos dies sic dicte: q̄ in diem dentur: vel q̄ in dies ociuz prebeant. Aurelius opilius inducias dici existimat ab initu ⁊ introitu quoniaz tempore induciarum hostes inter sese vtrinqz vltro citroqz alteri ad alteros impune inire solent ⁊ introire. ‖Has Lycaon primus inuenit: federa Theseus.

Indulgeo es si sum: ⁊ tum ſm Priscianū significat obsequor: consentio inseruio ⁊ facile concedo. Cicero in Lel. Sed obsequium multo molestius q̄ peccatis indulgens id est consentiens precipitē amicū ferri sinit. Idē Tyroni. Indulge valitudini tue. i. molliter vaca: ⁊ q̄ lingua vernacula dicimus fa cacerie. Terē. in Heau. Mimū illi indulges. Vnde Indulgētia mollis est pmissio q̄ seueritati opponit. Quintil. Mollis illa educatio quā indulgentiā vocamus neruos ois ⁊ mētis ⁊ corporis frāgit. Et indulgere est facilem ⁊ clementē esse. Cice. lib. iij. offi. Magnus vir imprimis ⁊ qui pindulgēs in patrē: idem seuerus in filiū. i. clemēs ac facilis: ⁊ indulgētia clemētia. Sta. Vultus ⁊ egregie tanta indulgentia formę. Indulgētissimi imperatores dicti q̄ sint benefici propēsiqz ad sacrificandum. Item Indulgere est delicate intendere ⁊ spaciū maius dare. Virgi. Indulge hospicio: causasqz innecti morandi. Idem. Sin tumulis accline solum collesqz supini Indulge ordinib⁹. Itē indulgere parcere. Ambro. Vide Bonus deus ⁊ facilis indulgere peccatis. Idem. Nam dñs iesus christus crucifigentibus se non maledixit sed potius vt eis indulgeretur orauit. Hierony. cū actō iunxit. Misericordia inquit est q̄ indulget nostra peccata. Item indulgere tribuere. Ambro. Laudabunt etiā deū qui tanta nobis remedia indulserit vitande mortis. Item Augere. Lucil. lib. iij. Tu qui iram indulges nimis manus abstinere a muliere melius est

Indulgitas pro indulgētia Sisenna. Bassus assidua indulgitate victus.

Induo is indui indutū ex in ⁊ duo is. Cuius origo a grēco Δυω q̄ ingredior significat trahit. Vnde εγδυω induo. Vetereſqz dixerūt pro dare Duo duis: ⁊ Dio is. Plautus in cas. Hea prēda est illia proinde tu te in laqueum ne duas. De verbo autem dio. Terē. in phor. Dij tibi omnes q̄ dignum est diunt. Construitur autem Induo varijs modis. Nam quādoqz habet duos actōs: sed in passiua tm̄ significatiōe ⁊ hoc apud poetas ⁊ historicos non apud oratores: quos imitādos iprimis cēseo. Plau. in Epi. Quid erat in dutā: an rigillam induculam: an mendiculam implumatā? Virg. lib. ij. Deinde comantē androgei galeā clypeiqz insigne decorū induit. Curtius. Jamqz nox apparebat cū thoracē indutus procedit ad milites. Aliquādo vno tm̄ actō construit: ⁊ tunc idem est q̄ assumo. Quintil. lib. vj. Orbum agimus ⁊ naufragū ⁊ periclitantē quorū induere personas quid attinet nisi affectus assumimus. Vbi verbū difficile facile declarauit. Sic curtius. Loricā tamen quā raro induebat amicis orantibus sumpsit. Cice. lib. iij. offi. deponit em̄ personā amici cū induit iudicis. Hinc ex contrario deponit Induit significare ostendit. Sueto. in Nero. Nullam bis induit. Aliquādo postulat: vt id quo quis induitur in actō ponatur: ⁊ bis q̄ induit in dō: significatqz impono imitto assumo. Plautus in Cas. Ocyssimus sum omniū qui viuūt. Loricā induā mihi optimū esse arbitror. Cice. lib. ij. de fi. Ex eius spolijs sibi ⁊ torquē ⁊ cognomē induit. Plinius lib. xxxiij. Pessimū vitę scelus fecit qui annulū primus induit digitis. Sue. in Aug. Si mane sibi calceus perperam ac sinister pro dextro induereſ. Per translationē ad animū dixit Liuius lib. iij. Adeoqz nouū sibi ingeniū induerat vt plebecola repente omniscz aure popularis captator euaderet. Aliquando vltra naturalē actū habet aliū actū cū in. Et tūc p conuerto siue transformo sumit. Vir. lib. j. geor. Contemplator ite cū se nux plurima syluis Induet in florē. Cice. de diui. loquēs de anhelitibus terrę. Cū autē se in nubē induerint. Similiter cū hmōi actō significat injicio: seu immitto. Cice. in horte. Et vt docuit Anthioch⁹ in idipsuz se induit quod timebat. Hel. Aesopus ille ephrygia fabulator haud imerito sapiens existimat⁹ est cum que vtilia monitu suasuqz erāt non seuere nō imperiose precepit ⁊ censuit vt philosophis mos est sed festiuos delectabilesqz apologos cōmentus res salubriter ac prospicienter aiaduersas in mentes animasqz hominū cum audiendi quadā illecebra induit. Deniqz cū p vestio capitur vltra actū construit cum ablō sine prepositiōe eius rei qua quis induit. Cur. Deposita veste quā habebat arabica induitur. Cice. lib. iiij. ad herē. Palla inaurata indutus. Q̄nqz etiā in hac constructione pro Illino sumitur. Plautus in Bus. Jd eis vitiū nocet: atqz etiā nōc satis boni sūt si sunt induti pice. Col. ad vites transtulit pro osero cum dixit. Nam ita se induunt vuis vt nequeāt capere maturitatē. Sumit etiā pro ferio cuz ablō instrumentali. Cesar. li. vij. Quin ordines cōiuncti inter se atqz impliciti quo q̄ intrauerāt se ipsi acutissimis vallis induebant: hos cippos appellāt. Et iterū. Aut se stimulis inopinantes induebant: aut in scrobes delati transfodiebantur.

Induuię ab induendo: indumenta quibus quis induit: sicut exuuię ab exuendo.

Indusium gen⁹ vestis quasi intusiū q̄ mox supra subuculam sumebat sicut palliū ⁊ palla vocata ⁊ foris supra indusium. A quo indusiatus dicit qui hmōi veste est indutus Plau. Indusiata patagiata.

Industria est ingeniū seu ars qua aliq̄d struere sum⁹ idonei q̄uis pro ingeniū siue artis exercitatione q̄nqz sumatur. Utrūqz cōplexus est Cice. cū inquit. Ut industria nra tuę moremgeramus voluntati.

Industrius nō industriosus dicit q̄ antiqui industrius dicebant: pro ingenioso ⁊ pro eo qui multę industrię est ⁊ aliquid struere semp nititur. Cice. ad Herē. Mirū hec causa est hmōi quā nec industrius: nec miserior: nec officiosus deserere pōt. Hec aūt duo noia cōposita cēseo: deriuata tm̄ ab instruo. Vā festus. Industriū antiqui dicebant indostrium: quasi quicquid egeret intro strueret domi. Ab industrius fit aduerbiū industrie. Col. Higinius veterū auctorū placita secretis dispersa monumētis industrie collegit.

Inebrior aris. Vide in dictione Ebrius.

Ineffigiatus a um: informe: q̄ nō est factū ad aliquam effigiem. Gel. Namqz vt illa bestia fetum ederet ineffigiatū informēqz lambendo id postea quod ita edidisset cōfirmaret ⁊ fingeret.

Ineo is: iniui vel inij itum. penul. cor. ex in ⁊ eo: significat incipio. Sal. Quapropter vos moneo vt forti atqz parato animo sitis: ⁊ prelijs cū inibitis memineritis vos diuitias decus gloriam preterea libertatem atqz patriā in dextris vestris portare. Et inire est ingredi. Plau. in Cas. Tu modo prospicito q̄d intus agāt: si tu iubes inibit tecum. i. intrabitur. Idē. Injit te vnā febris? Item mereri assequi lucrari obtinere cōparare. Terē. Ut gratiā meā sine dispēdio. Hoc autē fit cū nouis ⁊ ignotis fauorē ⁊ amicitiā alicuius adipiscimur. Et dicimus. Ineo gratiaz tecum. Ineo gratiam tuam: ⁊ Ineo gratiam a te. Terē. in Eu. Ab eo gratiā inibo. Quādoqz Tractare cōciliare: vt In eo pacē tecū: Ineo bellū: Ineo fœdus. Ineo rationē: Ineo viam: id est inuenio. Cuius participium absolute positū maiorib⁹ rebus adhibet: vt Ineūte ado-

lescentia Ineũte vere: anno/mense/seculo/lustro/bello. i. ingrediente. Rursus Inire est cõcumbere. Pli. Sed asini qui equas ineant optimi legẽdi sũt. Hinc Initor: penul. cor. p cõcubitore: ꝛ Initum pro coitu poni ꝓsuevit. Iterẽ capere: vt Ineo fugã. Virg. Sepe leui somnũ suadebit inire susurro. Iterẽ facere. Plau. in cap. Qui ꝓfliũ intere quo nos victu ꝛ vita ꝓhibeant. Iteꝛ Considerare intelligere. Teren. in Phor. Hęc cũ ratione ineas ꝙ̃ sint suauia ꝛ ꝙ̃ chara sint ea qui ꝙ̃beat. Vo. Ineas/intelligas/estimes. Ab Ineo fit Initium: initio as. et initiarius.

Inito as. frequẽtatiuũ ab Ineo. Diome. Ineo is. inito dicimus: vt Pacu. Loca arida initas.

Ineptus: ex in et aptus. Cice. libro. ii. de Ora. Ineptus nomẽ habere videẽ ꝙ non sit aptus. Idẽ sermonis nostri ꝓsuetudine perlate patet. Nam qui ad tẽpus qd̃ postulet nõ videt: aut plura loquiẽ: aut se ostẽtat: aut eorum quibuscum est vel dignitatis vel cõmodi ratione nõ hꝫ: aut deniq; in aliquo genere: aut incõcinnus: aut mꝛtus est: is ineptus dr. A quo Ineptia Ineptitudo: Ineptulus.

Ineptio is. ĩui itũ ineptias facio. Lactã de Opi. Uereor ne hmõi portẽta ꝛ ridicula refutare non minus ineptũ esse videar. Sed libet ineptiri: qm̃ cũ inepto agimus ne se ille nimis argutũ putet.

Iners: ex in ꝛ ars significat eũ qui sine arte est. Lic. libiii. de fin. Sed lustremus animo has maximas artes quib⁹ qui carebãt inertes a maioꝛibus nominabant. Qñq; etiã iners capiẽ pro ocioso ꝛ ignauo qui nihil artis operatur: vel quasi nesciat operari. Virg. libiiii. geo. In mediũ seu stabit iners: seu ꝓfluet humor. Vo. in Edel. Intelligamus aliter dici non inerte socrate: aliter nõ inerte seruũ. Ab Iners fit diminutiuũ Inertulus. Inertia inertis vitiũ ꝙ̃ sic sumi potest in sua significatione: vt de inerte dictũ est: licet ꝓprie sit artis ignoꝛatio. Col. in ꝓfa. libiii. Non ꝙ̃ fatigatione quẽadmodũ plurimi crediderũt nec senio: sed nostra inertia nimis benigne. Cic. libi. ad Q. Fratrẽ. Duo illa relinquamus inertię nostrę.

Inerticula: genus vitis apud Colu. boni vini ꝛ innoxie etiã nomen habet ꝙ iners habeẽ in tẽtandis neruis: Huius in gustu nõ sit habilis. Sola etiã temulentiam non facit. Uñ rectius Sobria dici deberet.

Inesco as. Vide in dictione Obesco.

Inexplorato aduerbium: significat sine explorationẽ et inquisitione. Liui. libivi. Inexplorato pabulatum cohortes misere.

Inexputabile: quod nũerari nõ potest. Col. libix. Nam inexputabilis erat numerus.

Infabre penultima producta aduerbiũ significat fedẽ. sicut Affabre pulchre.

Infamia: mala fama. Hiero. Quod illum testimonio martyris ab infamia vindicaretur.

Infamis ꝛ hoc infame pe. pro. quod habet malã famã. Hiero. ad Pamma. Quis per infame opus scipsuꝫ voluit infamari? Infamis dictus est ab antiquis digitus medius ꝓpter ignauiã qm̃ indigere videatur aliorum defensione. Persi. Infami digito lustralib⁹ ante faliuis expiat. Iuue. Wediũq; ostenderet vnguem. Mã olim qui medio tanq; per indicẽ monstrabatur: arguebatur infamie.

Infamo as. penul. pro. infamia afficio. Hiero. Si ozigenẽ nũq; secutus sum: frustra infamare me cupitis. Quintil. Deinde cum se iactaret eodẽ modo dicere Senecam infamauit.

Infans substantiuum dicitur puer: qui nondum fari cepit. Quod etiã de bꝛutis ꝛ auibus dr. Pli. Quadrupedes infantes suos cognoscunt. Idẽ. Uespertilio volucrũ sola lacte nutrit vbera admouens geminos volitat amplexa infantes. Adiectiuum vero capitur quasi pro paruo. Idem de boleto. Nec tunicę minoꝛ gratia in cibo infantis boleti. i. parui et nondũ adulti. Interdũ dicitur infans non facũdus. Lic. in Bru. Ipsum Scipionẽ accepimus nõ infantẽ fuisse. Per translationem sumitur pro stulto et quasi loqui nescie ente. Ex quo infantior et infantissimus: id est stultioꝛ et stultissimus.

Infantia g. etas infantilis: et qñq; stulticia dicit.

Infantile adiectiuũ: quod est infantis. Aug. libi. Con. Imbecillitas membꝛoꝝ infantiliũ innocens est: non animus infantium.

Infandũ a fando sumit: qd̃ vix fari quis possit. Virg. Infandũ regina iubes renouare dolorẽ. Ponit nõ/nunq; pro interiectione. Virg. libi. geo. Infandũ sistunt amnes terręq; debiscunt.

Infarcio is. impleo. Plin. libixxiii. Quid non in africa hispaniaq; ex terra parietes ꝙs appellant formaceos qm̃ formacum modo circũdati vtriq; duab⁹ tabulis vernis infarciunt ꝙ̃ instruunt.

Infatuo as. fatuum fine sale. i. sapientia facio. Fit enim a fatuus: vbi in vel auget vel superflua est. Hiero. ad rus. Quid salomone sapientius? attamen amoꝛibus fẽminarũ infatuat. Infatuę mulieres dicte sunt quę faunoꝝ ludibꝛijs attingũtur. Et similiter Infatuati viri quos nũc vulgus spiritu plenos nominat: quidã etiam demoniacos.

Infensus qui ira in aliũ elatus est ꝛ odiũ gerit.

Infero penulti. cor. intro pono/seu intro porto. Plau. in Am. Mecq; meum pedem huc intuli. Lactã. libiii. Mõ placebat Persio ꝙ aurea vasa tẽplis inferant. Interdũ Inferre ponitur ꝓ inijcere. Idẽ libiii. Mefandas manus deo suo intulerũt. Liui. libi. Ideo ocitato impetu se intulerãt hetrusci vt funderẽt ipso incursu aricinos. Interdũ pro facere: vt Intuli damnũ. Lact. libv. Patientia est maloꝝ ꝙ̃ inferũtur: aut accidũt cũ equanimitate gratio. Interdum subũcere seu apponere. Idẽ libj. Quod clarũ fiet exẽplo qd̃ inferem⁹. Interdũ ꝓ introducere. Liui. libj. Lucus erat quẽ mediũ ex opaco specu fons perenne rigabat aqua: quo quia persępe Numa sine arbitris velut ad congressum deę inferebat camenis eum lucum sacrauit. Interdũ pro ingerere. Lice. libj. offi. Turpe est ꝛ valde vitiosum in re seuera cõmixio dignũ aut delicatũ aliquẽ inferre sermonẽ. Interdũ pro cõcludere. Sene. Cum his argumẽtis qd̃ ꝓposuerat intulisset. Interdũ pro contra ferre. Cęs. libj. Romani ꝓuersa signa bipertito iutulerũt. Inferre arma est bellum gerere. Cice. Octa. Quibus cogitas arma inferre? Inferre crimẽ est imputare seu obũcere. Idẽ in Lel. Addendũ eodẽ est vt ne in criminib⁹ aut inferendis delectẽ amicus: aut credat oblatis. Stupũ inferre est immittere seu infigere.

Inferie sacrificia ꝙ̃ inferis soluunt. Virg. Uiuentes rapit inferias quos immolet vmbris.

Infernus pro infernoꝝ loco: in singulari gene. masculi. in plurali neutri. Hiero. in para. Deglutiamus eum sicut infernus viuentẽ. Et in Job. Ducunt in bonis dies suos ꝛ in puncto ad inferna descendunt. Est et Infernus a. um. quod est infra: sicut supernus a. um. qd̃ est supra. A quo inferne aduerbium. et Infernas atis. sicut Supernas atis. Pli. Et ideo Rome infernas abies supernati pręferẽ.

Infernalis ꝛ hoc infernale ab infernus fit cũ est substãtiuũ. Unde infernales furie.

Inferus a. um. penultima cor. ab infra dictũ est. Unde inferi quib⁹ inferius nihil ẽ. Inferũ mare tyrrhenũ: sicut superũ Adriaticum: ꝙ ex vrbe Roma versus Adriaticũ cũtes fere semp ascendũt. Cõtra ad vrbẽ ad mare Thuscũ venientes descendũt.

Infestus qui alicui malũ iufert ꝛ pluscq; inimicus. Iacq;

aduersus eū fertur. Et infestus dicit cui aliū de malū impendet. Cic. Polebam iudices ⁊ acerbe ferebam si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior q̄ is meam salutem atq; vitā sua beniuolentia p̄sidio custodiaq; tegisset. Vigidius. Infestum a festinando dici putat. Qui em̄ instat alicui: eumq; ꝓperans vrget ⁊ oppr̄imere eū studet atq; festinat vel contra de alicui⁹ periculo ⁊ exitio festinatur: is vtiq; infestus dicitur ab instantia fraudis quā vel facturus alicui: vel passurus est.

Infesta signa dicunt q̄ aduersum tendūt hoc est vexilla in hostē cuntia vt molestiā inferant.

Infestū mare habere: significat latrocinando mare infestare. Cice. lib. iij. de rep. Nam cū quereť ex eo quo scelere impulsus mare haberet infestū vno myoparone eodē inquit quo tu orbē terrę.

Infesto as. crebris cursibus molestiā infero. Unde Infestatio molestatio.

Infestuus: qui nescit vel non est idoneus ad dicendas vrbanitates. Gel. Nō subagresti ingenio ⁊ infestiuo.

Infibulo as. pe. cor. Vide in dictione Fibula.

Inficio is. penulti. corre. ex in ⁊ facio: significat intingo vel ero. Quasi ipa ea deniq; lana cū inficit sanguine conchylij vel muricis vertit in purpurā. Per trālationē sumitur ꝓ vitio seu maculo. Liui. Hoc luxu et peregrinis ifecti moribꝰ. Et Inficere venenare. Virgi. lib. ij. geor. Quo nō ꝑsentius vllā pocula si q̄n seue infecere nouercę. Plini. lib. xj. Mimio fumo inficiunt apes. Hoc vbi Diome. a fuco componi existimat dicit em̄ Facio cōficio: Fuco inficio. Sz aspera nimis videtur compositio: licet a significatione non abhorreat. Sed cur nō a Facio q̄ quidē Inficio q̄si intus facio significare potest?

Infectus ab inficio: idē est qđ intinctus maculatus venenatus. Sue. de Cali. Inuenta ⁊ arca ingens variorū venenorū plena quibꝰ mox a Claudio demersis infecta maria traduntť non sine piscū exitio. Sene. Diu in istis vitijs iacuimus: elui difficile est. Nō em̄ inquinati sumus: sed infecti. Cic. lib. j. tus. Sed nos vmbris delitijs: ocio: lāgore: desidia: aim infecimus .i. polluimus/corrupimus. Cum autē significat non factus: cōponitur ex in ⁊ factus: vt Infecta pace: infecto negocio. Plau. in cap. Quod male feci crucior modo: si infectū fieri posset.

Infectus us. accipit ꝓ tinctura. Pli. lib. viij. De lanarum infectu suo loco dicemus.

Infectores: qui alienū colorem in lanā cōjciūt. Plaut. Incedunt infectores crocotarij offectores. Offectores sunt qui ꝓprio colori nouū inficiūt.

Inficior aris. deponēs: significat nego. Unde Inficiationes q̄ sunt debite rei negationes cū p creditorē a debitore deposcit. Quid. lib. xj. meta. Stabat opus ꝑtium rex inficiať. Et ꝓprie Inficiari est vbo quicq̄ negare factum: quasi infectū. Unde ad facta non ad dicta ptinet. Nam si quis aliqđ se dixisse fateat non sic ꝓuenire videť: vt id aduersario inficior: vl inficias eo ita vt inquis esse: sed nego.

Inficias tm̄ acti casus ⁊ pluralis nūeri: et solū cū eo iungit: et sine ꝓpositione. vt Hic inficias iturus est: seu ibit. Cōponit em̄ ex in ⁊ non ⁊ facio.

Inficiator: qui negat se vel debere quod actor petit vel cōmisisse qđ accusator obijcit. Cic. li. j. de ora. Nōne intelligebat vt si inficiator ꝓbasset iudici ante petitā esse pecuniā q̄ esset deberi cepta. Ex status cōiectu ralis vbi Inficialis in quo semp reus inficiať.

Infidus a. um. penultima producta. Vide supra in dictione Fidelis.

Infimus a. um. penulti. correpta ab infra seu ab inferus superlatiuū est.

Infimates penultima producta: dicti sūt sicut summates quę sunt opposita. Plaut. in Sti. Sūmates viri atq; infimates.

Infinitiuus modus sine alteriꝰ verbi adminiculo poni solet vbi subintelligitur. Vere ne ita est? vt We ne incepto desistere victam? Plus em̄ potest infinitum tēpus ad significandū q̄ finitum. Teren. in Eu. Inuidere oēs mihi: ꝓ inuidebāt. Ideo autē vt infinitus: quia alij modi definiūt ꝑsonas primā secundā et tertiā. Hic autē sine personis est: et habet ꝑfinitum tempus ꝑsens preteritū ⁊ futurū: vt amare ꝑsens: amasse preteritū: amatū ire futurum. Ecce vides designare tm̄ tempora non ꝑsonas. Amare em̄ nescit ꝑsona nisi velis iungere. Te amare debet ille. Tunc quasi fit finitū. Si autē non subiūgas ille vel iste vel ipse fit infinitus modus. Nam et numero singulari vel plurali infinitus est. Cum em̄ dico amare nec finitum est vtrū de vno an de pluribus dicā.

Infirmus: nō firmus. Unde infirmitas inualiditas non egrotatio sicut plerię male vsurpant: cū quis nōdū firmus vel ętate vel egrotatione est. Cice. Ut em̄ infirmitas pueroꝝ et ferocitas iuuenū.

Infligo is. penul. pducta. infero/incutio. Aug. lib. v. de ciui. dei. Ita ne tandem Scipio laudas hanc poetis romanis negatā esse licentiā vt cuiq̄ opprobrium infligerent romanorum cum videas eos nulli deorum pepercisse nostrorū?

Inforo inforas penul. cor. a forum cōpositū: significat dico seu in forum diuulgo seu in forū voco. Plau. in Cur. Licet ne infarare si incomitiare nō licet? Non infarabis me quidē: nec mihi placęs tuū ꝓfecto nec forū nec comitium. Aliquando cōponit ex in ⁊ foro: as. qđ est intus foro. Plini. lib. vij. Timebant prisci truncū findere: mox infarare aut si medio ipsiq; medulę calamū imprimebāt vnū inserentes.

Infra ab in nasci videť cuiꝰ significatio nota est. Et sine casualibus quidē aduerbium est adiuncta vero ꝓpositio: vt ego te esse infra oēs infimos puto. Facitq; ex se Inferus a. um. inferior infimus infernus. Nam aduerbia hmōi localia prepositionū loco ponunť: et econuerso: vt intra viscera ꝓ in viscera. Ablq; lesiōe ꝓ extra lesionē: et in adulterū dixit: ꝓ contra adulterū. Docet Laurē. Talla Infra ad dignitatē et locum referri: vt Infra dignitatē meā est: et infra tectū. Intra ad nūerū ⁊ spaciū: vt Intra viginti dies: ⁊ intra muros nō autē infra. Sed hanc differentiā minus seruatā video: q̄ infra etiaꝫ ad numerū ꝓtineat. Pli. lib. xj. Qua incubari infra decē dies edita vtilissimū vetera aut recētiora infęcūda. Aug. de Petri cathedra. Tamē cū infra quadragesimę dies hęc solēnitas venerit facere eā nobis debet sanctoꝝ dierū reuerētia gratiorē. Habet autē infra relatiuū supra: sicut intra/extra/sup/subter.

Infringo is. valde frango. Unde infractus. Interdum infringere ē illidere ⁊ infigere. Tere. in Adel. Plus quingentos colaphos infregit mihi.

Infractus valde fractus. Virg. Turnus vt infractos aduerso marte latinos. Et infractus non fractus: vt vir infracti animi. i. q̄ nullis rebus aduersis frangiť.

Infractio nō modo ꝓ non fractione: sed etiā ꝓ rorpore ponit. Lic. In quē cadit egritudo: cadere in eū timorem infractionēq; animi.

Infrio as. Vide in dictione Frio.

Infumo as. pen. pro. ad fumū sicco: sicut insolo ad solē sicco. Plau. Atq; bilas infumatas ⁊ sumen.

Infumibulū spiraculū per qđ fumus exit.

Infule penultima cor. fascie sunt in modum diadematū vt inquit Ser. sup lib. r. enei. a quibꝰ dependēt vittę ab vtraq; parte. Fest. Infulas sacerdotum filamentum vocabāt. Alij scribūt Infulas filamēta alba esse quibus templa ornabanť ⁊ mozis fuisse vt nubentes

prius ꝙ mariti domum ingrederent infulis postes ornarent. Iuxta primū sensum. Amb. libro offi. sumpsisse videtur cum inquit Ego raptus de tribunalibꝰ atq; administrationis infulis sacerdotū docere vos cepi: qđ ipse non didici. Hinc Infulatus a.um. quod est infula ornatum.

Infundo is. Vide in dictione Fundo.

Infundibulum: instrumentum quo in vasa liquores infundimus. Cato. In cella olearia hęc opus sunt dolia olearia et opercula sestarium olearium vnum: labellum vnum: infundibula duo. Rustici nostrates luram vocitant. Antiquiores autem os veris luram dicebant vnde lurcones capacis gulę homines: vt Lemargi nomen acceperūt.

Infurnibulū pala qua panes in furno disponūt.

Ingenium a gignendo propria natura dicitur cuiq; ingenita. Salu. lib. iij. hist. Lastriscq; collatis pugna tū ingenio loco ꝓhibebaꝫ. Ter. Mā qui cū ingenijs cōflictatur eiusmodi .i. cū hoibus eiusdem nature. Est etiā ingeniū vis quędam naturalis nobis insita suis viribus ꝙualens ad inueniendū qđ ratione iudicari possit. Cic. li. v. de fi. Una ingenij appellaꝫ docilitas et memoria: easq; virtutes qui habent ingenioſi vocant. Unde ꝙclara ingenia et obtusa ingenia dicimꝰ id ē acuta et rudia. Hinc ingenioſus q̄ naturalē vim ad aliquid agendū accōmodatā habet.

Ingenuus qui in libertate natus est: et ab ingenuorum antiquitate vt Boe. in top. inquit: gentilitas ducitur Et est relatiuum libertini. Est em̄ libertinus qui iusta seruitute manumissus ē. Uā interrogare hoc modo solemꝰ: Ingenuus ne an libertinus est. i. liber natus an seruitute liberatus siue ex libertinoꝝ genere ortꝰ. Hinc Ingenuitas: q̄ cōtraria est libertinitati. Hinc de Agatha martyre scribit. Sūma ingenuitas ista est: in qua seruitus Christi comprobatur. Ingenue nduerbiū libere ꝛ simpliciter. Sic ingenue loqui dicimus eū qui ita loquit vt liberū hominē decet nihil timidū: nihil habens seruile.

Ingemo is. pe. cor. valde gemo. Virg. Daphni tuum pgnos etiā ingemuisse leones Interitū.

Ingero is. pe. cor. immisceo: immitto intro: gero. Leo pap. Mouit cui adhibeat estus cupiditatis: cui illecebras gulę ingerat: cui apponat incitamēt luxurię. August. Quid facio ego modo cū loquoꝝ strepitū verboꝝ ingero auribus vestris.

Inglorius a.um. quod est sine gloria. Cui contrariū est inclytū et glorioſum. Hiero. ad Dar. Sed aia habitans in corpore fiat inclytū qđ ante ingloriū fuit.

Ingluuies ventris rapacitas. Et pro gula sumit. Col. lib. ix. pro cibo posuit: Nam nisi vacua est ingluuies cruditatem significat.

Ingrandesco is. dui. grandis fio. Colu. libro. x. At circa Calendas Martias locis apricis licet porrū si iam ingranduit transferre.

Ingraueſco is. valde grauis. i. molestus fio et quasi oppimo. Hier. in li. gene. Mō ē herba gregibꝰ seruoꝝ tuoꝝ ingrauascēte famę in ęra Chanaā. Aug. li. v. cō. Et ingraueſcentibꝰ febribꝰ iam ibam ꝛ peribam.

Ingredior eris. ssus. Vide in dictione Gradior.

Ingruo is. nō ꝓrie sed p̄ translationē significat inuado immineo ꝛ impetū facio a gruum pprietate duplici. Prima q̄ more agminis cōuolāt. Altera q̄ clamore simili vtuntur: vt Milites in prelio ineundo. Plau. in Am. Nostra contra ingruūt vicimus vi feroces. Lact. lib. ij. Si seua tempestas: si grando ingruat ad deū confugitur. Colu. lib. ij. Etiam ingruente hyeme frumenta iacimus. Dicit em̄ de bello/ de pluuia/ de tempestate/ de ruina: ꝛ huiusmodi.

Ingurgito as. penul. cor. cum vehementia glutio: gulā redimpleo. Plau. in Cur. Vide vt ingurgitat ipura in se merū auariter plenis faucibus. Cice. in Anto. Idē cum se cibis ingurgitasset. Lactā. lib. iij. aliter. Sicut sus: que se ingurgitat cęno.

Inguina pe. cor. sūt genitalia tam fęminarū q̄ virorū. Dar. Accessi quotiens ad opus mittitq; mouemur Inguinibus. Sue. in Uero. Uirorū ac fęminarū ad stipem deligatorū inguina inuaderet. i. ore

Inhalo as. pe. pro. Vide in dictione Halo.

Inhereo es. inherens vel fixus fo. Col. lib. iij. Lacuna deinde oliuę sicut matri inherent vtraq; parte adradito: et ita fissurę fici aprato: cuneūq; eximito.

Inhereſco inherens fio. Idē lib. ij. Perexigua conspergit aqua gleba manuq; subigit ac sic glutinosa ē q̄uis lenissimo tactu inhereſcit ꝛ picis in morem adigitos lenteſcit habendo. Cic. lib. iij. de natu. deoꝝ. Prouisum ē vt si qua minima bestiola conarēt irrūpere in sordibꝰ auriū tanq; in viſco inhereſcerent.

Inhibeo es. penulti. correpta: ex in ꝛ habeo. Vide in dictione Prohibeo.

Inhio as. ꝓrie significat valde os aperio. Per translationē vo ponit pro vehemēter cupio. Plau. in Aul. Credo illū iam audisse mihi esse thesaurum domi id inhiat. Bel. lib. j. Dū eius mortē inhio egomet viuo mortuus inter viuos. Aug. lib. iij. de ci. dei. Datiuo iūrit vt sit inhiare quasi desideriū aut cor apponere. Hic inquit aliquid agerent dij beluones atq; nebulones sacrificioꝝ adipibus inhiantes.

Inhonores qui ignobiles sūt ꝛ sine honore. Amb. lib. j. offi. Cōtra aūt iustos inopes degere ihonores sine liberis. Et Pli. lib. v. Inhonores ciuitates dixit.

Inhorreo valde horridꝰ sum: a q̄ inhorreſco valde horridꝰ fio. Pli. lib. x. Inhorreſcūt edito ouo: excutiūtq; seſe ꝛ circumactę purificant. Aliquādo inhorreſcere est intus horreſcere. Virg. lib. j. geor. Spicea iam campis cū messis inhorruit: ꝛ cū Frumenta in viridi stipula lactētia turgēt. i. horrida facta est ꝛ intus formata. Hiero. in Dial. Attici. Uel frigore inhorreſcimus: vel febri exardeſcimus.

Inibi pe. corre. ex in ꝛ ibi quasi intus ibi: vel in hoc siue in eodē loco. Apul. Multa inibi dicta sunt q̄ cōmorare nō est opus. Plau. Nos domū properamꝰ vos inibi adeste. Aliq̄ significat mor. Cecil. Liberne es? non sum. Uerū inibi est.

Inde significat ex eo loco. Liui. Ita exercitus inde domos abducti.

Injicio is. penul. cor. proprie intro iacio immitto innecto. Plau. Anteq; hęc in domum injicias. Teren. in an. Quę sese in ignē injicere voluit prohibui. Aliq̄s in aliquid iacio: vt apud eundē. Injicia in eum manū Uā manus iniectio dicit vēdicatio rei nobis debite nulla iudicū auctoritate expectata. Quintil. Patri in filiū: patrono in libertū manus iniectio. Paul. Si Titius seruū vendidit ea lege vt si Rome morari esset manus injicere liceret. Emptor alij eadem lege vendidit ꝛ seruus fugit a secundo emptore ꝛ Rome moratur. Quero an sit manus iniectio et cui. Virg. Iniecere manū parce: hoc est traxerunt debitū sibi. Aliquādo Injicere est cū impetu iacere: seu impetū facere. Ouid. Qua cētū quisq; parabat Injicere anguipedum captiuo brachia cęlo. Aliquādo simpliciter iacere. Plau. in Epi. Tragulam in te injicere adornat. Idem in Cap. Injicite huic manicas mastigię .i. innectite. Et in Caſ. Jā pol ego huic aliquē in pectus injicia metū. i. immittā. Liui. lib. j. Iniecte Turno catene. i. impoſite. Huiꝰ cōpoſitū est Supinjicio Virg. lib. iij. geor. Et raras suginjice frondes.

Initium ceptum: a b Injicio is. Et initia Cereris sacra dicitur. Var. lib. ij. de re ruſ. A suillo pecore immolandi initiū primū sumptum videtur. Cuius vestigia q̄ initijs Cereris porci immolant: et q̄ initijs pacis

ḡdus cū feritur porcus occidit. Alio noīe initiatio/nes nuncupantur: quę vt ait Tertul. semper arcent profanos ⁊ arbitris carent.

Initio as. sacris imbuo. Unde initiat⁹ sacris imbutus. Hiero. in Exo. Postq̄ initiaueris manus eoꝝ: id est cōsecraueris: et sacris addicaueris. Et initiari dicūt pueri cū a lacte et a cunis transeunt: vt cibo firmiori alantur. Mā apud Var. legit iniciari pueros edulie et potice ⁊ cube deab⁹ edendi ⁊ potandi ⁊ cubandi. Reperitur etiā initio: deponēs: vt in ꝓs. Et initiati sūt Beelphegoꝛ. Est ⁊ initiare incipere.

Initiarius a. um. quod ad initiū pertinet. Quint. lib. j. Hecq̄ em̄ est sanctius sacris usdē q̄ studiis initiaris.

Iniquus ab in et equus: e. in i. ꝓductā conuersa et idem est qđ non plan⁹. Usi loci iniquitatē dicimus. Per trāslationē vero de hominibus impijs seu impꝛobis dicit et iniquitas ꝓ iniusticia sumit. Aliq̄ capit pro magno. Virg. Iniquo pondere rastri. Aliquādo ꝓ angusto. Idem. Verum hęc ipse quidē spatijs exclusus iniquis. Pretereo.

Inimicus qui nō ē amicus ⁊ ꝓiuatus est: hostis publicus. Sue. in Sue. Scribit etiā ad ipsum hoc familiariter necdū plane inimicus aut hostis.

Inimico aris. deponens: inimicitias exerceo: datiuo iungitur.

Inimico as. cū actō: significat inimicū facio. Hoꝛa. Et miseras inimicat vrbes.

Lętitia/est exultatio animi gaudio efferuentiore ꝓpter euentū rerū expectatarū. Lice. Lętitia/opinio recens boni ꝓsentis in quo efferri rectū videat.

Lętitudo/idem qđ lętitia. Actius: Quāta in venando effectus est lętitudine.

Lętabile/idē qđ lętus a quo Illętabilis/ nō lęt⁹ tristis.

Lętamen/fimus qui per agros iacitur/q̄ lętas:id ē pingues segetes faciat.

Lęuis ⁊ hoc leue cum diph.significat qđ tactu aspērū non est/idq; auctores dicunt in offensum lubricū ⁊ tenerum: vt sunt oua volucrum. Persius: Trosul⁹ exultat tibi ꝑ subsellia lęuis. Hiero.in ge. Posti q̄ Esau homo pilosus sit ⁊ ego lęuis. Leuis sine diph.aliud significat.

Lęuitas est asperitati cōtraria. Martian⁹: Lunarē circulū ingressa virgo cōspicat globosum q̄dē/tenerūq; corpus e superni erroris lęuitate cōpactū instar speculi pendentis. Apul.de Socratis demonio lęuorē siue lęuitatē/cum diuisset adiecit lubricā.

Lęuor/idem quod lęuitas:hoc est cōplanatio ⁊ tersitudo. Pli. Spectātur in chartis tenuitas/densitas/cādor/lęuor.

Lęuigo.as.pe.cor. cōplano/polio/quasi lęue ago. Pli. Sunt q̄dā in eo genere molliores q̄ ⁊ cote lęuigant. Idē lib.xiij. Scabrīcia charta lęuigat dente.

Lęuo as.idem qđ lęuigo. Sta.lib.j.the. Pars teretes lęuare manu ac disponere mensas.

Lagari versus/dicūtur qui medio claudicant pede/ sīē Hyuri qui postremo ⁊ acephali qui a breui syllaba incipiunt:

Lageos/vua quę ⁊ lepozaria dicit. Virgil.lib.j.geor. Et passo psytia vtilior tenuisq; lageos.

Lagois pe.pro.genus auis quę lepozinas habet carnes. Nam λαγος apud grecos lepus est. Est ⁊ genus piscis Hora.in Ser. Nec scarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

Lagotrophia/lepozaria loca/in quibus lepores alūtur: vt est apud Col.

Lagena cum ç diph.genus vasis testacei /non tam ad aquā q̄ vinū ⁊ alios vsus accōmodatū. Hiero.in li. Reg. Alius portans lagenā vini. Col. Omnis spurcitia cum spumis eximat q̄ decocta cū iam crassa fuerit q̄ defrutū refrigereť ⁊ bene picatis lagenis cōdatur. Et lib. Iudicū: Leperūt buccinis clangere ⁊ cōplodere inter se lagenas. Fiebāt lagene ope figulino vt ostēdit Esaias/cum ait: Et cōminuunt sicut cōteritur lagena figuli ꝓtritione qualida: ⁊ nō inueniet de fragmentis eius testa in qua portet ignis culus de incēdio: aut hauriatur parū aque de fouea.

Laguncula diminutiū/parua lagena. Hiero.in Esaia Decem iugera vinearū faciēt lagunculā vnā: q: triginta modij sementis faciēt modios tres.

Lagophthalmos/dicit in oculis cum superior palpebra non descendit. Cui vitio contrariū est Ectropiū cum inferior palpebra parū sursum attollit: nec cum superiore cōmittit. Dictū a lepozibus qui aptis oculis dormire consueuerunt.

Laganōponos iliozū dolor qui sane alius est qui laterum: hoc est pleuretis. Ilia em̄ greci vocant λαγωϑρασ ⁊ κεγεδρασ.

Lais idis.nomen ꝓpriū famosissime meretricis quę a scriptozibus Corinthia dicta est: q: corinthi habitauit. Ad quā ꝓpter pulchritudinē ditiozes hoies ex oīi grecia cōueniebāt: nec q̄spiā admittebat nisi qui dabat qđ poposcerat. Sui. Multa lais amata virī.

Laicus a.um.pe.cor. qđ cōmune est ⁊ nō sanctū. Hiero.lib.j. Reg. Non habeo laicos panes ad manum sed tm̄ panem sanctum.

Lallare/quidā dicunt esse more infantiū blandiusculis vocibus loqui. Alij lallare/ ꝓprie dicuntur infantes qui irati matrum māmas sugere rēnuūt.

Lame/rupium fracturę.

Latmius/mōs Ionię notus fama Endymionis: a quo ⁊ ipse Endymion/latmius est dictus. Oui.lib. iij. de arte. Latmius endymion nō est tibi luna rubori.

Lamię/mulieres quę strigū instar infantiū sanguinē sugunt: siue ipse striges. Hora. Neu pranse lamię puerum viuū extrahat aluo. Apul.lib.j.de asi. Et ille colore spurcissimi humoris pcussus quo me lamie illę infecerant/aspernat. Item lamię dicebātur nobili familia ortę. Erat em̄ rome q̄dā familia nobilis eloriū a Lamo Euriphatis patre ⁊ Lestrigonū rege q̄ fortiūs regnauit ortū habens.a quo Lamiacus ca.um. vt bellū lamiacū: vt apud Hiero. cōtra Ioui. Unde ⁊ lamie cognomen nobilibus inditū est: qđ vulgo lamiū genus vocabatur. Hora. Veli vetusto nobilis ab lamo. Ju. Hoc nocuit lamiarū cede madenti. Lamia etiā insignis meretricis nomē fuit. Et lamia animal est/faciem prętendēs mulieb⁹: ab inferiore parte pedes equinos. Unde apud Hiere. prophetam. Sed ⁊ lamię nudauerunt māmas/lactauerunt catulos suos. Et in Esaia. Ibi cubauit lamia ⁊ inuenit sibi requiem.

Lamina pe.cor. vide in dictione Bractea.

Lambrus/fluuius in Cisalpina Gallia:quam; Padus defert in mare adriaticum: vt ait Pli. A quo Lambrani dicti sunt eius acolę. Sue.in Cesa. Per labrānos ⁊ transpadanos duxit.

Lambo is.lambi lambitū ꝑm Prīs. Luci.lib.xiiij. Jocundasq; puer qui lamberat ore placentas. Hieron. ꝓteritū lambui posuit lib. Judic. In trecētis viris qui lambuerunt aquas liberabo vos. Est autē lambere/lingere:hoc est lingua aliquid suauiter tangere sicut canes bibentes. Hierony.ad Julianū: Diuitem purpuratū gehēne flāma suscepit: Lazarus pauper ⁊ plenus vlceribus/cuius carnes putridas lambebant canes.i.lingebant. Idem lib. Judi. Qui manu ⁊ lingua lambuerint aquas/sicut solent canes lābere/separabis eos seorsum.i.bibere. Virgi. ꝓ tāgere posuit.li.iij. em̄. Attollitq; globos flāmarū ⁊ ipse dera lambit. Interdū sumit ꝓ leuiter fluere. Horat. lib.j.car. Vel q̄ loca fabulosus lambit ydaspes.

Lamentor/voce querula tristiq; oratiōe damnū ac dolorem testor. Teren. in an. Quę tam mihi lamentari ꝓter ceteras visa est. Idez in phor. Modo vidi quādam virginē huic vicinię miserā suā matrē lamentari mortuā. Lice.lib.tus. pro lamentatione dignū aliqđ monstrare posuit/cum inquit. Nam hęc quidem vita mors est/quā lamentari possem si liberet. Est ⁊ lamento as. Hiero. in Esdra. Et qui presidebant cum vrozibus lamentabant eum. Hinc lamentatio q̄ est vt Lice.lib.iiij.tus.docet ęgritudo cum beiulatu.

Lamentabile/pđ est dignū multa lamētatiōe. Virgil⁹. Troianas vt opes ⁊ lamētabile regnū.

Lampas greca dictio est/cuius accusatiuū ꝓtulit. Vir. Princeps ardētē cōiecit lampada turn⁹. Ab hoc accusatiuo format noiatiu⁹ lāpada ō q̄ Hiero.i Ezech. Quasi aspect⁹ lāpadarū. Est autē lāpas ignis aut solis splēdor a λαμπω /splendeo. Frequēter rē sumitur ꝓ instrumēto in quo ignis in oleo lucet.

Lampsacus pe.cor.nomen vrbis in littore helleſponti in ora asiatica. Hinc lampsacenus a.um. Unde Caron.historicus ⁊ Adimanthus ⁊ Anaximenes ⁊ metrodorus Epicurū sodalis lampsaceni fuere. Ipsum etiā Epicurū lāpsacenū dicūt diu lampsaci versatū.

Lana quę de ouibus decidit/dicit lanitiū: vt inq; Ser. Sicut fugę ⁊ effugiū. Virgi.li.iij.geor. Si tibi lanitiē curę primū aspera sylus. Hinc laneus.a.um.quod ex lana est: vt pannus laneus.

Lanarius/qui lanam curat. Plaut⁹ in aul. Stat fullo:

phr:ygio/aurifex lanarius.
Lanificus/q̄ lanę artē exercet: ⁊ lanificiū/lanę opificiū.
Lanaris ⁊ hoc lanare/qđ habet lanā. Var. lib. ij. de re rus. Nos qui pecus pascimus lanare.
Lano as. intus lanā pono/seu lanā habeo. Vñ Lanatus a.um. Col. lib. vij. Cannabinisq̄ funibus cornua iuuencorū ligato/sed laquei quibus copulanť lanať pellibus inuoluti sint ne tenera fronte sub cornua lędantur. Idē lib. viij. Ideo nisi lanatas oues emi nō oportet. Et lanatus dictus fuit Capitolin⁹ magister equitum. Similiter lanatę vuę Aminee dictę sunt ꝙ canescant lanugine.
Lanerū/vestimēti gen⁹ ex lana succida cōfectū.
Lanugo pe. pro. tenera pilatio a lanę silitudine qualis in adolescētiū genis ⁊ in pomis q̄busdā cernit. Col. lib. iiij. Lanatā quoq̄ amineā q̄dā maxime ꝓbant q̄ hoc vocabulū nō ideo vsurpat ꝙ sola ex omnib⁹ amineis verū ꝙ ꝓcipue canescit lanugine.
Lanoculus/qui lana tegit oculi vitiū.
Lanius seu lanio/qui carnes in carnario vēdit populo a laniādis pecoribus/ꝙ eas cōcidat lanietq̄s. Plau. in ca. Dij imortales vt ego collos pertrūcabo tergoribus quāta pernis pestis veniet/quāta labes larido quāta lumini absumēdo/quāto callo calamitas/quāta lanię lassitudo/quanta porcinarūs?
Laniū carnariū/hoc est locus vbi carnes vendunť.
Laniena/officina in qua fiūt ac vendunť carnes: ⁊ vulgo macelliū dicit. Plau. Per myropolia ⁊ lanienas circūq̄ argentarias rogitādo sum raucus fact⁹. Accipit etiā laniena ꝓ ipsa laceratione a laniādo.
Lanionius a.um. qđ ad laniū spectat. Vñ lanionie mēse: in q̄bus scindit caro. Sue. in Clau. Carnificem statim acciri cū machera mensaq̄ lanionia flagitauit.
Lanio as. scindo. Virgil. lib. iij. geor. Ipsiq̄ suos iam morte sub ęgra discissos nudis laniabāt dentibus artus. Per translationē sumit ꝓ infamo. Hiero. in ꝓlogo Eldre. Quid interpretē laniant. Huius cōpositum est Dilanio ꝓ discindo.
Laniste/dicti sunt qui laniādis ꝑsunt gladiatorib⁹. Vi familias domi ad gladiaturā exercendā habebāt instituere/⁊ mox paratę/vendere solebāt munerarijs. Iuue. Vic. plaudat nitidi ꝓconis filꝰ inter Pinnirapi cultos iuuenes/iuuenisq̄s laniste. Hinc laniste auiū dicti sunt a Col. q̄ aues certaminib⁹ ꝑparabāt.
Lancea a latitudine ferri dicta est: vel qz grece dicitur ηλογχηησλογχησ teli genus longissimum. Hispanica dictio nō latina vt Gel. testat. Hāc olim luculli luculleā appellarūt. Hui⁹ diminutiuū est lanceola cum accētu in antepe. Hiero. li. iij. Reg. Prophetę lucoꝝ incidebant se lanceolis donec sanguinei perfunderentur.
Lanceatus a.um. qđ est lācea armatū. Hiero. li. ij. Regum. Si q̄s tangere eas voluerit/armabit ferro ⁊ ligno lāceato. Lanceati etiā dicunť q̄ ictu lanceę necātur. Jul. Firmicus. Quicūq̄ habuerint horoscopum in. xx. parte tauri lanceati morientť.
Lancearius/q̄ lanceā gerit: grece lonchophorus.
Lācino as. pe. cor. ferio/lacero. Pli. Est ⁊ volucra canibus peculiare malū aures maxime lancinans q̄ defendi non queunt.
Lances/vasa lata ⁊ rotunda minus excauata q̄s patinę ⁊ rebus diuinis apta vt docet Auso. illo versu: Turibula ⁊ patere q̄ tertia vasa deū lanx. Ju. sumpsit ꝓ vase escario in quo caro tam tosta q̄s elixa cōdit/mēseq̄ infert. Aspice q̄magno distētat pectore lācem. Hora. in ser. Ligna nutritus glande rotundas curuat aper lances. Et lances stateras dici nemo ignorat. Vñ bilāces dictę sunt q̄ duas lances habēt.
Languor/ꝓprie est defectio virium ⁊ succi naturalis. Hinc languere dicunť herbę q̄ incipiūt arescere. Sz ad animū quandoq̄ transferť ⁊ ꝓ debilitate/defectu corpore/inertiaq̄ vsurpari solet. Cice. lib. j. offi. Nihil autē magť cauēdū est senectuti q̄s ne lāguori se desidię q̄ dedat. Plau. in Asi. ꝓ lassitudine posuit cum ait: Vbi sępe ad languorez tua duritia dederis octo validos lictores vlneis affectos lentis virgis.
Langueo es. gui. deficio/infirmus sum/dissoluor. Hiero. Animaduertimus pariter omnia verba illius animę languētis esse medicinā. Virgi. lib. ix. Purpureus veluti cum flos succisus aratro Languescit mortens. Interdū languere est timidū esse. Salu. Quanto vos attētius ea agetis/tāto illis infirmior erit animus. Si paulū modo vos lāguere viderint/iam oēs feroces aderunt. Interdū ociosum esse. Idem: Secq̄s si pauci adiuuarent: languētibus alijs in curiā impetum facturū. Huius verbi cōposita sunt Elangueo/a quo elanguesco/qđ est valde infirmus fio. Gel. lib. ij. Negocijs se plerūq̄s vmbraticis ⁊ varijs questib⁹ intentos habent: in quibus omnis eorū vigor animi corporisq̄ elanguescit: ⁊ qđ Salu. ait effeminať. Relangueo a quo Relanguesco rursus ad valitudinez redeo. Ouid. lib. vj. me. Impositō fratri morbūda relanguit ore. Claud. lib. j. Relanguere ꝓ remissū esse posuit. Vix ille pepercit/erubuitq̄ preces animusq̄ relanguit atror.
Languesco/inualidus/tepidus seu ociosus fio. Cice. in Cato. Orator metuo ne languescat senectute.
Languidus a.um. qđ languet. Ouid. li. v. fas. Violas arere videres/silaq̄ purpurei languida facta croci.
Laodicea/vbs celeberrima in asia lyco flumini imposita. Primo diospolis appellata: deinde Rhos: postea Laodicea a lyco flumine. Hanc vbē loci virtus ⁊ ciues quidā fortunati valde magnificarūt. Primū Hiero. qui hereditatē populo diuisit supra duo milia talentorū: ⁊ multis donis ciuitatem exornauit postea ęno orator ⁊ polemo eius filius q̄ ob res fortiť gestas prius ab Antonio/postea ab Augusto ad regię dignitatis fastigiū euectus est.
Laodomia cum accentu in pe. nomen ꝓprijū Acasti filię ⁊ vxoris pentesilai: de qua Hieroñ. Laodomia quoq̄ poetarū ore cantať occiso apud troiam ꝑtesilao noluisse supuiuere. Fuit ⁊ alia laodomia Bellerophontis filia mater Sarpedonis.
Laomedon pe. cor. nomen ꝓprijū patris priami troię regis/a quo patronymicū formať. Laomedōtiades vbi addit a vt in multis alijs sicut Anchisiades/Telamoniades. Aliqñ subtrahit syllabā: vt Athemides ꝓ Athemonides. Deucalides ꝓ deucalionides. A Laomedon fit possessiuū Leomedōteus a.um.
Lapethos pe. cor. seu lapathiū/herba est. Col. Lubrica iam lapathos/iam ramni sponte virescunt. Pli. lib. xx. Nec lapathium dissimiles effect⁹ habet Sui. λαπάθου ορυγμα εισ θηριωδεσ δρακ και λάχανου κεφαλικῶν κάσιροσ.
Lapathes pe. cor. genus holeris a lapathio dictū forte idem qđ lapathos. Seren. Sępe chelidoniā cum succo lapathis addes. Hęc ⁊ lapa dicitur: cuius tria sunt genera. Maz quędā dicit Canaria q̄ est exigua canibus adhęrens. Altera maior aliquāto est ⁊ philantropos appellať/ꝙ vestibus hominuz adhęrens eos amare videať. Eadem vocatur apatine. Tertia appellať personata/⁊ maxima est: nascituroq̄ iuxta riuos ⁊ flumina. Greci eaz αρτιον vocant: folia habet amplioza cucurbitis: ⁊ ꝓpter foliorū amplitudinem ea vtebanť veteres ad personatus faciendos.
Lapa ę. vide in dictiōe lapathes.
Lapithe pe. pro. ppli fuerūt quoꝝ rex fuit Perithoꝰ. Hi pindū ⁊ othryn thessalię mōtes habitarūt. Hic Frena pelethronij lapithę gyrosq̄ dedere. Ą grecis scribit λαπιθαι. Jō lapithe ñ laphithe dici debet.

Uir.li.ij.ge. Et magno byleū laphit? cratere minātē.
Lapithos/vrbs in Cypro insula.
Lapis ,ppie est quē greci λιθον vocant ⁊ minor minorq; ac tenacior est: saxo maius/asperius/duriusq;. Unde gēmę lapides nō saxa dicunt. Pli. Musq; hic vtilior q; in italia gignit/lapisq; non saxum est. Idez: Est ⁊ viridis lapis vehemēter igni resistens: ꝫ nusq; copiosus: ⁊ vbi inuenit lapis/nō saxū est. Et qm apd veteres lapidibus miliaria signabant: ponit q;q; lapis pro miliario. Ūn legim⁹ ad tertiū/ad quartū lapidē. Ex lapis fit lapideus a.um. qd ex lapis materia ꝓstat. Lapidosus a.um. qd lapidibus abundat.
Lapidarius a.um. qd ad lapides ptinet. Plau. in cap. Tyndar⁹ in latomias lapidarias ab Egione dānat.
Lapillus diminutiuū/paruus lapis. Et lapilli/lapides pretiosi: vt sunt gemme/margarite. Curtius: Lapilli auribus pendent. Hora. Nec magis huic intra niueos/viridesq; lapillos.
Lapidicida pe.pro.dicit is q̄ lapides cedit.
Lapidicina pe.pro.loc⁹ vbi lapides excidunt latomię a grecis dicte. Unde ⁊ carcerē latomias vocam⁹ siue q dānati ad lapides excidendos mittebāt: siue q sinuessani cāpanię ppli latomias habebāt instar carceris excauatas: ex q̄bus excisi lapides fuerant ad vrbem extrudā: bisq; pro carcere vtebantur.
Lapido as.pe.co.lapidibus cedo. Unde scribit Uacro. lapidatū a pplo romano fuisse Tatiniū/significare volēs lapidibus tactis fuisse impetitū. Transfertur etiam ad inanimata ⁊ significat percutio pulsoq; etiā sine lapidibus. Uacro. Notātes eius impotētia ac dicacitate lapidatā. Huius cōposita sunt: Delapido/qd est lapidib⁹ sterno. Unde Delapidata loca quę lapidibus strata sunt. Dilapido/dilpердo/cōsumo. Cice. Octauio. Publicā dilapidabat pecuniā grarium exhauriebat.
Lapio is.ini.itū. durū efficio ⁊ quasi in lapidē puerto. Pacu. Lapit cor cura: crūna cor⁹ cōficit.
Lapidescere apud Pli. legit pro in lapidē cōuerti: qd vel a lapido vel lapis fit.
Lapsana pe.cor.bolus syluestre triū foliorū. Ūn apud Pli.li.xix. scribit milites cęsari exprobrasse/q lapsana virissent apud Dyrrachiū. Quidā accipiūt lapsanā, p brassica syluestri. Est em brassica alio noie caul.
Laqueus/vinculū. Ūn dicim⁹ laqueo vitā finuit.
Laqueatus a.um. qd est laqueis irritū. Colu.lib.vii. Cęterū corpus laqueatū ⁊ distentū temonibus obligatur/imotūq; medētis arbitrio est expositū. Et laqueatum dicit cōuexū. Unde laqueata tecta. Cice.lib.j. legū. Magnificas villas ⁊ pauimēta marmorea: et laqueata tecta contēno.
Laqueare ⁊ per apocopen laquear: ⁊ laquearius dicit camera: hoc est pars supior cubiculi ⁊ cęnationis parum cōuexa quę varijs adornari solet coloribꝰ. Quidam atiā laquearia accipiunt pro trabibus planis: q̄ ⁊ lacus ⁊ lacunar dicuntur.
Lar/nympha fuit quę Junoni furta Iouis cum Jutturna patefecit: quā Mercurius cōpressit: ⁊ inde geminos sustulit q̄ a matre lares appellati sunt. Sunt qui credāt lares genios q; eosdē esse existimātes vnicuiq; duos esse/alterū bonū/alterū malū vt christiani: etiā duos angelos bonū/malū q; a deo in custodiā datos dicunt/sed nō natos nobiscū vt illi de genio siue lare dicunt. Colebant domi/focus q; illis sacer erat. Unde vulgus focū/foculare appellat/quasi laris focus. Hi putati sunt dū domestici qui ad vbis cōmoda vigilare dicunt inter cōpita. Qui in fas. Lucifero subeunte lares delubra tulerūt. Ab aliquibus dū agrorū vocati sunt. Tibul. Dos quoq; fęlices quondā nunc pauperis agri Custodes fertis munera vestra lares. Quoniā autē lares siue penates etiā priuatoꝝ domibus ēesse credebant: factū est vt vtrūq; vocabulū pro ipsis domibus vsurpet. Har. O mihi curarū prima nō vile mearū Flaccę antenozei spes ⁊ alumne laris. Hora. Qui patriū mūme donat fundumq; larēq;.
Laratiū sacrariū/domesticū in quo lares ⁊ dū peculiares adorabant. Scribit Lāpridi⁹ Alexādrū seueruꝫ in larario rē diuinā matutinis horis facritasse ad effigies deorum in quibus habebat Habraamū ⁊ christum. in secundo larario simulachrum habuit Virgilij ⁊ Ciceronis.
Laranda ciuitas lychaonię. Unde Ptolomeus: Ynicipium larandā in lychaonię parte antiochiana dicta collocat.
Lardum dictum quasi late aridum. Unde ⁊ laridū lectum est. Ouid. lib.vj. fas. Pinguia cur illis gustantur larda calēdis. Est autem lardum caro suilla quoquo modo salita. Unde Pli. dixit lardū pingue hoc vnctum quasi ⁊ macrū dici possit.
Larius/lacus comensis ab Addua fluuio: qui in illum cadit augetur: qui fluuius postea in padū nō longe a cremona influit. Dictus larius a fulicarū multitudine. Greci em λαροσ fulicā vocant/auis est nigra aq̄tica. Hinc fit larius a.um. Catul. Veronā veniat nomen relinquens comi mgnia lariūq; littus: qd tñ negat. Suidas ait em: λαροσ κεχηνοσ επι σωρ αρπακτικων και κλεπτων επει και ολαροσ ορυξ ον εστιν αρπακτικον και αλλαντοφαγον.
Larodū populi fuerunt in scythia asię: vt libro.iiij. scribit Herodotus.
Larix/arboris genus. Luc.li.iij. Et larices fumoq; graueum serpentibus vrunt.
Largus a.um. qd nō est strictū. Et largꝰ dicit q̄ largit. Cice.lib.ij. offi. Dino sunt duo genera largorū quorum alteri ,pdigi/alteri liberales. Hinc large aduerbium liberaliter abundāter. Hora.li.car. Ligna super foco large reponens. Dicitur etiā largiter /cuius non ita in vsu sit.
Largior/profuse dono. Cuius cōposita sunt Dilargior varie largior. Salu. in lib. histo. Igit̄ vēditis ,pscriptorū bonis aut dilargitis. Elargior valde largior.
Largitas ⁊ largitio inē se differūt/q largitas: vt Agrecius auctor est humanitatis: sit largitio ambitionis. Est em largitas rōnalis ⁊ diffinitus liberalitatis effectus: largitio exp̄sa q̄ fit ad aucupādū fauorē in petitione magistratuū. Ponit tñ q;q; largitas ,p largitione. Terē. in adel. Quę istęc subita est largitas?
Larisa/nomē est multarū ciuitatum. Una est in plaga thessalica: a qua Achilles lariseus dicꝰ est. Alia pēsilis in creta. Alia in peloponneso arx argiuoꝝ. Alia in agro attico. Ad Tralles etiam asię est Larisa: vt Stra scribit a q̄ Lariseꝰ Jupit̄ dictꝰ est. Larisa q;q; in italia quā vt Diod.li.j. scribit pelasgi cōdidere.
Larus/auis parua ⁊ nigra habitās iuxta aquas: ⁊ tam in aqua q̄ in terra degit. vide in larius.
Laruę dici putant a lare: hoc est malo genio q̄ sunt noxię inferorū vmbrę. Unde laruati dicuntur furiosi ⁊ mente moti/quasi a laruis exterriti quales sunt quos vulgo demoniacos appellant. Plau. Laruatus ꝫde pol hominē miserū mendicū queritat. Hic etiā Ceriti dicunt a Cerere/quasi cereris ira aio vexati. Plau. Certe laruatus aut ceritus. Larua etiā psona dicit ⁊ laruatū personatū. Hora. in Ser. Mil illi larua/aut tragicis opus esse cothurnis.
Lasanū pen. cor. vasculū ad euacuandū ventrē. Hora. Te pueri lasanū portantes enophorūq;.
Lasciuus pen. pro. est tum in vita/tum in sermōe molliculus ac plꝰ teneri q̄ robusti ac virilis habēs. Virgilius: Malo me galathea petit lasciua puella. Lasciuia mollicies petulantia nequitia.
Lasciuio is. significat qd vnacula lingua dicim⁹ smoz-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beçare. Colu. libr. vij. Satiatę vernipabuli pecudes exhilaratę lasciuiunt.

Laserpitiū/virgultū herbidū qđ greci silpion appellāt ex cuius culmo exudat succus rosidus quē vocant laser magnificū medicamētis: ⁊ in Cyreneica prouincia laudatissimū. Vnde a Catullo dictū laserpiciferis iacet cyrenis. Caulē laserpitij maguderim vocāt qđ tenerius est ⁊ minus vehemens. Ꝗ laserpitio Cato formauit laserpitiatus a.um.

Lassus per duplex ll ðr tam aio q̄ corpore fatigatus. i. labore affect⁹ nomē est/nō participiū. Vnde lassitudo ꝑ molestia quā ex labore suscipim⁹. Salu. Nō famē aut sitim/neq; frigus/neq; lassitudinē operiri.

Lasso. as. fatigo: a quo lassatus. Iuue. Et lassata viris nondū satiata recessit. Vnde cōpositū est Delasso/vehementer lasso. Plau. in asi. Eum etiā hominē in senatu dare operā aut dictibus ibi labore delassatū noctem totam stertere.

Lasseo es. lassus sum. a quo Lassesco is. lassus fio.

Lateo es. latui/in occulto sum. Et ꝑstruit cū actō. Virgi. Hec latuere doli fratrē iunonis ⁊ irę. Q̄q; cū datiuo. Luc. Tu mihi causa lętes. Sed cū de loco dicit ꝑstruit cū ablatiuo meditāte ꝓpositō vt latet anguis in herba. Interdū latere significat late patere. Virg. Et scuta latētia cōdūt. Vnde ꝓbi cōposita sunt Delateo: de quo supra. Obliteo qđ est aio vel circūquaq; lateo. Sene. Qui velut timidū atq; iners ad al metu oblituit: ille sibi nō viuit: sed qđ est turpissimū ventri somno libidini. Vnde oblitesco. Var. Me estu per rimosa in rimis ei⁹ grana oblitescāt ⁊ recipiāt aquā.

Latito as. pe. cor. sępe aut fere semp lateo. Lactā. lib. iij. Latitantē atq; ignotā sibi veritatē disseredo erudere voluerūt. Cato tū latitauerūt dixit ꝑ frequenter tulerūt. Vnde sit cōpositū Illatito qđ est int⁹ latito.

Latebra bra. pe. cor. ⁊ latebre arū. locus vbi homies se occultāt. Luc. lib. j. Ledendū est bellis quoꝝ tibi tuta latebra. Quin. Et q̄uis odio euersoris nostri euocatus ⁊ latebris suis populus subsellia non implet. Dicit ⁊ de feris. Liui. lib. xlvj. Inter vepres ⁊ latebras ferarū noctē vnam delituit. Ponit interdū latebra ꝑ excusatiōe. Cic. Videāt ne graē latebra piurio id est excusatio q̄ lateat. i. nō videat piurio.

Latebrosus/loc⁹ in q̄ freq̄ntes latebrę sunt. Plau. Mā huic ętati nō cōducit mulier latebrosus locus.

Latebro as. abscondo: q̄uis nō sit in vsu: a quo fit cōpositū illatebro: de quo supra.

Latibulū/ꝑprie ferarū: q̄uis etiā de hoibus dicā.

Latibulo as. neutrū ⁊ latibulor deponens significāt lateo. Var. Vide ne seruu⁹ dñi latibulet. Actius: Prodgredere ⁊ ne quis latibulet prospice.

Laterna a lateo licet lateo habeat pmā cor: laterna ꝓ. p. Var. Dux laterna vię clausis ferox aurea flāmis. Et tuta est gremio parua lucerna meo. Dicta laterna q lumē habeat inclusuz. Fit ex laminis corneis in qua cādela includit ne a vēto extinguat. Plau. Iam. Quo ambulas tu q̄ vulcanū i cornu ꝓclusum geris?

Later/omnis humor ðr ab eo q̄ intra aliq̄d lateat. Vñ de aqua/vino ⁊ ceteris dicit. Hiero. ad Terentiam. Ratione digessit: vt terra hęc esset super quā reliqua mouerent⁹ imobilis: vt aquarū venę altioribus montibus cōderent⁹: a quibus orta flumina dum per multa spacia decurrunt late potādi vsum per omnē tractum cursus sui animantibus exhiberent: vt ipm mare aquas influctibus non excrescat: sed vt velut vēter quidā laticū aquas fluminibus sine fine currētibus vel pluuijs assidue ructibus perpetuo terra diluuio tegeret. Virgi. Regales inter mensas laticemq; lyeū. Ouid. Palladios latices/cū oleū dicere vellet. Et Lucre. Absinthei laticem.

Latus/spacios⁹: vt Lata est via q̄ ducit ad pditionez. Vnde aduerbiū late qđ significat in mltis locis: vt in te ꝑz detractōis vitiū. Vnde latitudo ꝑ spacio sitate.

Latesco is. latus fio: ⁊ in latum extendor. Col. li. ij. Jugerum agri non amplius quattuor serrarijs raporū feminis obserendū est: quarta parte amplius napis spargendū qui non in ventrem latescunt/sed tenuem radicem deorsum agunt.

Lato as. latum facio: q̄uis non sit in vsu: ꝓ quo compositum dilato vsurpamus: de quo supra.

Latifolium/qđ lata folia habet. Vnde quęrcus/gen⁹ ex augmento latifolia dicitur.

Latifundiū/qđ habet latū fundū ⁊ magnū. Pli. li. xvij. Latifundijs nō legitima naturę festinatio. i. non pōt vna certa ratio ꝓscribi putādę vineę in magnis prędijs: qđ alię serius id alię maturius desiderant. Idez lib. xviij. Latifundia/ꝓdidere italiā.

Latus eris. qđ est infra alā. Vir. Lateriq; argutū iacēo modat ensez. Vnde lateris dolor quē greci pleuresim vocant. Et latero as. vt inquit Prisci. sicut ab bolus eris. holero as. Interdū latus ponitur quasi ꝑ parte: vt est illud: Fundatur exultatione vniuersę terre mons syon latera aquilonis ciuitas regis magni.

Laterani dicuntur satellites qui principis alicuius latus tuentur: qui etiā latrones quasi lateriones vocantur: vel etiā a stipe quam mercedis nomine accipiūt stipatores appellantur. Greci vocant somatophylacas quasi corporis custodes.

Lateranus/nomen ꝓpriū consulis Rome/a quo lateranense palatiū. Iuue. Egregias lateranoꝝ obsidet edes tota cohors. Unde etiā lateranensis basilica sancti Johānis vocata est: quia in lateranensiū nobilissimę gentis ędibus extructa fuit. Hiero. Admarcel. Quis credat mulierē nobilē ⁊ potentē in domo laterani consulis designari.

Latusclauus/vestis senatoria dictus a textura de qua Var. in hēdecasyllabo. Et lato variata mappa clauo. Hora. lib. j. Ser. describēs senatorē dixit. Et latum demisit pectore clauū. Ab Ouid. Clau⁹ simpliciter dicitur ꝓ senatoria dignitate illo versu. Curia restabat claui mēsura coacta est Latiore clauo. Tullo Hostilius primus e regibus romanis vsus est: quē purpura contextū fuisse docet Plinius.

Laticlauij/senatores appellati sunt a lato clauo. Sue. in Aug. Ac ne expers castroꝝ esset binos plęrūq; laticlauios pręposuit singulis alis.

Later laterē latere ⁊ lateres tm̄ inuenit ꝓ terra cocta ⁊ in lapidē durata. Victr. Siue siler siue cementum: aut coctus later siue crud⁹ bis erit vtēdū. Plau. Latere fit hior. Laterū tria genera sunt. Lydoꝝ lōgū sesquipede-latū pede. Tetradoxone palmis q̄ttuor. Pētadoxone q̄nq; Doxon em̄ greci palmū dicunt.

Laterē lauas: magis est augere malum rei cui dare remedium velles.

Lateritius a.um. qđ est materiatū ex latere. Pli. Lapi de duro ac silice eū ꝓstruūt/veluti lateritios pietes.

Laterculus dimi. paruus later. Plin. Crudis latercul⁹ ad formā cammi. Curti⁹ scribit laterculo coctili structos fuisse muros babylonis.

Latiū/ea pars italię est vbi ostia tyberina a latitudine: vt putat Prisci. dictū: vel vt alij sentiūt a latendo/q̄ inter alpes latiter: seu q̄ illic latuerit Saturnus duz Jouē fugerit. Ouid. lib. j. fa. Dicta q̄z est latiū terra latēte deo. Vir. li. viij. Latiūq; vocari maluit his q̄m latuit saturnus in oris. Var. Latiū a latino regē dici asserit. Est aut̄ duplex latiū: vt docet Ser. Unum a Tyberi vsq; ad fundos. Aliū inde vsq; ad vulturnū.

Latius a.um. qđ ex latio est.

Latialis ⁊ hoc latiale/qđ ex latio est: vt iupiter latialis dicit: nō tū sermo latialis. Virgi. Et residēs celsa in

tialis supīe alba. Ci. in Milonīana. Si cui vtiq; feriās nō latiales latiares ve: ſz latinas dixerz aut latias.

Latiaris z hoc latiare/idē qđ latialis.

Latinus a.um. nomē deriuatū a latio. Virgi. Gen° vñ latinū. Sal. Primo italiā tenuisse quosdā q̄ appellabantur aborigines: hos postea aduentu ęneę phrygūs intinctos latinos vno noīe nuncupatos. Et latina porta q̄ in latiū ducit. Hesiodus tū in ſtheogonia scribit latinum fuisse filiū Circes z Ulyssis qui tenuerit loca italię. vñ ait: κυρκε δεηε λιου θυγαΤηρ υπε/ριορυδαο γειραΣ ολυσσεοσ Ταλασ ιφορος ερφιλοΣηι αγριοιη δε λαΣιηορ αμυμοναΣε/κραΤεροιΣε.

Latinus nome n proprium soceri ęneę a quo latium quidam deduci volunt.

Latina porta romę sic dicta/q̄ ea in latiū ducebat.

Latinę arū. sacrificia q̄dā Iouī cōstituta ab latinis populis dictę q̄bus ex albano monte ex sacris carnē petere fuit ius cum romanis: vt inquit Var. Lice. pro Plau. Quibus municipijs vix iam qui carnē latinis petant inueniuntur.

Latom° pe. cor. lapidicida q̄ lapides cedit z quasi fundamenta ędificiorū p̄parat. Hiero. in lib. Regū. Et erant lathomorum. lxx. milia.

Lathomię/lapidicinę locus vbi cedunt lapides. Liui° lib. vj. de bel. puni. Cōprehensa postea priuata ędificia cōphēlę lathomię fortūq; piscariū. Ad has lathomias dānari solebāt bi q̄ in opus metalli dānabant. Plau. in cap. Tindarus in lathomias lapidarias ab ędicione dānat. Erat z lathomia loc° romę in carcere ppe Tullianū. Liui. li. xxx. Triūuiri carceris lathomiarū intētiorē custodiā habere iussi. Lathomię etiā carcer est Syracusis lingua singulorū: in quas sicuti scribit Cic. de suppli. Si q̄ publice custodiędi erāt ex oibus oppidis sicilię deduci imperabant. In lathomias Verres multos ciues romanos p̄iecerat.

Latona pe. pro. Apollinis z Dianę mater. Vñ z latonia dicta est diana. Virg. Astroz dec° z nemorū latonia custos. Silr Delos insula est dicta latonia q̄ i ea latona enixa sit apollinē z dianā: vt scribit Seruius.

Latria pe. pro. latine cult° obsequiū. seruit°. Aug. li. x. de ciui. dei. Latriā nostri vbicūq; sanctaz scriptura/rum positū est interp̄tati sunt seruitutē: sed ea seruit° q̄ debeř hoibus p̄n quā p̄cepit apl's seruos dñis suis subditos esse debere alio noīe grēce nuncupari solet. Latria ño p̄n cōsuetudinē qua locuti sunt qui nobis diuina eloquia condiderunt aut semper aut tam frequēter: vt pene semper ea dicatur seruitus quę p̄tinet ad colendum deum.

Latres/latine seruus.

Latrina pe. pro. locus priuatarū sordiū z ad eronerā/dum ventrē accōmodatus a latendo. Apul. de asi. li. ir. Omnia prorsus: vt in quandā cenosam latrinā in eius animū confluxerant vitia. Foriceño loca publica: in quibus licet oibus vētrē exonerare. Cloaca locus cauus nuncupař quo publice sordes eluunt. Antiq balneū domesticū appellare cōsueuerūt sicut docet Var. lib. ij. de Analogia. Deinde cum breuitatis causa noia ptraherēt quo essent aptiora p̄ lauatrina latrinā noiauerūt: sic ex mapill' arill' z vexill' male ale z vela diminuta sunt. Plau. in Cur. Latrinā pro balneo accepisse videř cum ait: Vltas tuas magnas minas nō pluris facio q̄ ancillā meā q̄ latrinam lauat. Hinc latrinas quoq; vulgo colluuiaria: hoc est receptacula colluuionis stercoris z sordiū. Videnturq; latrinę differre a cloacis tāq; p̄uatę a publicis. Col. Immundis quacūq; vomit latrina cloacis.

Latro as. pror ū est canis cum vocē edit. Vir. Bulcum latrāte licysca. Hinc latratus us. ipsa vox canū. Hoc verbum inuenił p̄structū cū actō. Hiero. Canū proprium est vt dñm suū congaudeāt/ latronē latrent. Canes Judęi intelligūt q̄ latrauerūt christū: z latronem congaudł sunt. Huius verbi cōposita sunt Adlatro/qđ est valde vel ad aliq̄d latro. Col. per trālationem dixit. Sed ne caninū quidē sicut dixere veteres studium p̄stantius locupletissimū quę; adlatrandi. Oblatro/circū aut contra latro. Lactā. lib. v. Qua demetrianū sicut ipe ait oblatrantē atq; obstrepentē veritati redarguere conatur.

Latrones greca dictio est/qua significant viarū obsessores q̄ publicē vel per vim furant' q̄ a latere adoriūtur: vel a latēdo q̄ latenter insidient. Virgil. lib. xi. Fixumq; latronis impauidus frangit telū. Cum superius dixisset. Saucī° ille graui venarū vulnere pectus. De hoc vide in dictione Fur. Apud antiquos etiā latrones dicebant' conducti milites a λαΤραω inseruio. Nam seruiebāt mercede. Horis aūt erat vt hos imperator z circa se haberet: z primos mitteret ad oīe discrimē. Dicti quasi latentes insr. Var. qm circa latera esse soleāt: quos nūc satellites vocāt q̄ principis alicui° latus tuent: q̄ z stipatores z somnatophylaces vocantur. Plau. in mili. Vā ego hodie ad Seleucū regem missi parasitū meū: vt latrones quos conduxi hinc ad Seleucū duceret qui eius regem tutarentur.

Latrocinor pe. cor. latronū more p̄dor z mercede milito. Plau. in Corni. Latrocinatus annos in Tyberino q̄ apud regē in latrocinio fuisti stipēdiū accepisti.

Latrocinium ipse latrocinandi actus. Col. Et in ipo foro latrocinium.

Latrūculator/q̄ rerū capitaliū iudex siue questor: appellatur: z vulgo iudex maleficioz. Ulpia. Latruncultor de re pecuniaria iudicare nō potest.

Laudo as. verbi. Catollo. Virg. Laudato ingentia rura/probare est re. Ci. Et laudo z probo. Aliqñ laudare est notare. Plau. in Cap. Id scias Jouē supmū testem Laudo huī° cōposita sunt Elaudo: qđ veteres vsurparunt pro eo qđ est plus q̄ noio. Var. Elaudat nomenq; eius miles rēpetit. Collaudo/simul laudo. Cicero. Lētulo: Si rem istā ex sentētia gesseris fore vt absens a multis cum redieris ab oibus collaudere. Perlaudo/valde laudo: Lactā. li. vj. Eas res q̄s etiā homo si contēpserit iure plaudat.

Laus/ pprie virt° est nō aliūde puenńs: sed suis nixa radicib°. Virg. Primā merui q̄ laude coronā Dicta laus απω Τωρ λαωρ: hoc est a pplo q̄ proprie laus fit ppli de aliquo recta loquentis.

Laudatio/est ipa laudantis oratio: q̄uis quādoq; laus pro laudatione ponatur.

Laudabile/qđ merito laudari potest.

Laudatiuus a.um. quod laudat. Unde laudatiuū genus dicitur demonstratiuū.

Lauerna/dea fuit quā romani coluere a qua Lauernienes dicti sunt fures q̄ sub tutela deę lauernę essent: cuius loco obscuro soliti erāt intra se furta diuidere. Hinc lauernalis porta romę dicta est ab ędē lauernę propinqua.

Lauo as. ui. atum. Ter. in Eu. Abeūt lauatū pstrepūt Hora. in Ser. Ast vbi me fessum sol acrior ire lauatum Admonuit Ouid. li. iij. fas. Sacra lauatur° mane petebat aquas. Inde lauatio z lauator. Cic. Varroni. Si minus persequar in cumanū z añ te certiorem faciā: vt lauatio parata sit: hoc est balneū. Declinatur etiā z magis in vsu est. Lauo is. laui. lotum vel lautū. Virgi. li. x. Uisceribus supinfundēs lauit improba teter Ora cruor. Hora. in Ser. Ora manusq; tua lauim° feronia nympha. Quorū prima cū sit breuis pōt esse p̄sentis tēporis. Est aūt lauare abluere: z aqua queq; sordida purgare. Plau. Sedimus/manus lauim°. Vir. Luminis effossi fluidum lauit inde

eruores. Interdū significat madefacere/humectare. Plau. i Pseu. Gestat tabellas/eas lachrymis lauit. Ān lotū ablutū mundatū. Interdū auferre. Col. li. iiij. Ea res seminio lauit acorē malorū. Huic cōpositā sunt Abluo/qđ est lauo/mūdo. Col. lib. iij. Tum etiā cluosis locis terra ḡ in eū cōgesta est pluuiis nō abluit. Lactā. lib. iiij. Ān apparet iudęos nullā aliā spem habere nisi se abluerint sanguie. Alluo/colluo simil lauo purgoq. Pli. Prodest etiā gingiuis si eo sępi⁹ colluat: Circūluo/circūfluo. Pōpo. Eū vndiq stagnū circūluit z militi inaccessum facit. Deluo/diluo/eluo/illuo/intus lauo. Interluo/perluo/proluo/prędluo/reluo/rursus lauo: z qñq soluo/impignero. Plau. Repignerat reluit vendit. Subluo/subtꝰ lauo. Col. lib. vij. In tergo bis in die subluit aqua calida mox decocto agrico z sale cū adipe defricat/dum sanici vis emanat.

Lautus a. um. mō significat lotū. Terē. Tene ad symbolū venire vnctū atq lautū e balneis? Mō significat mūdū. Apu. Vir probꝰ/purus/lautus/simplex. Ān lauta cęna z lautꝰ homo ab elegātia z nitore dicuntur. Modo elegāsꝰ. Cice. Comites isti⁹ atq amici hoies lauti atq vrbani. Modo diuitē nitidū in veste z victu delicato. Var. Ista quidē lauta est: dapibusq instructa suppbis. Nō tractum est a lauatione. Huiꝰ dimi. est Lautulus: a quo aduerbiū Lautule.

Lautule a lauādo dictę sunt q̄s grēci thermas noiant.

Lautitia epulaꝝ magnificētia a lauatōe dicta: qz apud antiq̄s elegātię ḡ nūc fūt/nō erant z raro q̄s lauabat

Lautia/munera dicebant romani p questores legatꝫ exterarū nationū mittebāt: vt inqt Plutar. in pblemate. Ān scribit Pli. Lautia Attalo fuisse decreta.

Lautitia/mundicia ḡ in victu pariter z cibo fit. Et antiquitus dicebāt farinā ex tritico aqua cōspersa.

Lauacrū pe. pro. a lauo as. balneū in quo q̄s lauari cōmode pōt. Bel. Lucoꝝ vmbra ingentiū lōgis ambulacris z mollibꝰ gdiū posticū refrigerātibꝰ lauacris.

Lauatrinę dicunt in quas lotura pūcit quę z aquaria z aquariola vocātur. Nec in culina tm̄ sed in triclinijs quoq z cubiculis z cęnationibus cū dignitate, et elegantia fiunt.

Lautrices dicunt duorū fratrū vxores.

Laurus secūdę z quārtę declinatiōis: sed rectiꝰ vim secūdam inflectit: qz meliꝰ sonat. Est autē genus arboris quę grece Δαφνη daphne dicit. Petronius in Satyr. Et baccis redimita daphne. Hęc arbor apollinis est, ppter daphnē quā amauit in ea deformataz: siue q̄ spectatissima nascitur in parnaso. Eusebius scribit eā soli dicatā quoniā ignea est. vnde odio maxime a dęmonibus habet: siue q̄ plurimū sonat si vrat qđ ḡ dicendi artem designat. Diuinationis autem deus Apollo existimat. Ianitrix quoq cęsarū z pontificū triūphisq dicata sola arbor fulmine nō tangit. Duo eius genera tradit Cato Delphicā z Cypriam. Delphica laurus dicta q victores Delphis ea coronarētur: z est viridior laurꝰ. Cypriā folio breui nigro subscripsiam. Quidā mustacē addiderunt: qñ mustaceis subijcereꝫ. Hanc esse folio maximo cōstat flaccidoq z albicante. Alij Cinū quā syluestrē laurū intelligūt: nōnulli sui generis arborē/differt colore. Est enim cerulea bacca. Alia etiam numerantur genera ḡ apud Sipontiuum habentur.

Laurea proprie vt sentit Pli. laurifoliū appellat perpetuo virens z topiario operi accedens. Aliqñ ponitur pro lauro. Nota. Tum spissa ramis laurea feruidis, Aliqñ ꝓ corona ex lauro facta ḡ in triumphis adhibebāt. Cato Fo li. de rus. laureā z laurum mutata diphtōgo loreā ꝓ eadē accipit. Ab hac arbore nomen ipositū est hoibꝰ. Mā laurea Tullꝰ Ciceroīs libertus dictꝰ fuit. Laura etiā ꝓprię nomē mulieris.

Laureola cū accētu in aſipe. dimi. a laurea z ꝓ corona triūphali capit: z Laureolus proprię nomen.

Laureus a. um. quod est ex materia lauri: Quomodo roseus myrteus.

Lauretuz/locus in quo laurorū copia est: veluti rosetū myrretum/spinetum.

Laureo as. a laurea fit/z significat laureā in capite pono. Hinc laureati/qui laureis coronati sunt. Ān Cicero laureatos fasces dixit.

Laurentū/nomē ciuitatis solis indigens qđ ibi sepultꝰ sit Tacius rex q̄ a laurētibus occisus fuit vel a sylua laurea qua excisa ędificatus est vicus: vel vt inqt Prescia. a lauro ibi inuenta dum picus eā cōderet. Hinc Laurentes populi dicti sunt.

Laurēs laurētis z hic z hęc laurētis q̄ ex laurēto ciuitate est. Virgi. Laurētis regia Pici.

Lauro lauiniū vbs latū proxima laurēto.

Laurētꝰ/laureolꝰ/laura z laurētia. Faūstuli /Romuli z remi nutrrꝫ. noia viroꝝ ac mulierū proprię a lauro deducta.

Laurētalia/festa ḡ in laurētię noie fiebāt.

Lauce/insula in ponto Boristhenis ostio obiecta dicta Achillea quoniā Achilles ibi situs sit.

Laxus a. um. largus z spatū maioris. Virgi. Et primū laxos tenui de vimine cyclos Cerui ci subiectę. Col. lib. j. Hec dubiū ąn minus reddat laxus ager non recte cultus q̄ angustus eximie. Aliqñ ponit ꝓ molli remisso/languido. Virg. Et pmere z laxas sciret dare iussus habenas. Ān laxi funes dicunt languidi semicōsumpti. Et vela laxa qñ vēti non stant. Hinc plixum/quali porro laxū. Inueniť laxū aduerbiū ꝓ late. Var. Et adhuc supet cēties tibi laxū.

Laxo as. latū facio/apio z q̄si libero. Virg. Laxat claustra sinon. Cice. in Cato. Qui si ex libidinuz vinculis laxatos eē nō moleste ferūt. Hinc cōponit relaxo qđ est rursus laxo/recreo/remitto. Ci. li. j. offi. Atq etiam cū relaxare aios voluerint/caueāt intēperātiā.

Laxitas z laxamētū/idē qđ remissio. Liui. lib. ij. Nihil laxamenti nec venię habere si modū excesseris. Cice. Et admittēda hominū cuiusq modi multitudo adhibenda est cura laxitatis.

L Ante E

Lea ḡ z leena ōr, Lucil. Irritata leę iaciebāt corpa saltu. Virg. Torua leena lypū: sequit lupꝰ ipe capellā. Lee insula est iuxta Cyreneicā aphricę regionē. Scribit Arist. li. de aialibꝰ Leenā pmo fetu ḡnq parere/secūdo ḡtuor ac ꝓ singulos vno minꝰ: postq̄ vo vnū tm̄ peperit sterilescere ac fetus ipsos initio informes ac nisi bimestres moueri semestres vix ingredi posse.

Lebes etis. pe. pro. vas eneū in quo res bulliūt: vt docet Porphi. sup. li. ix. iliados. Et est generis masc. z fęmi. Qui, Viginti fuluos opofo ex ęre lebetes. In Ezechiele. Hęc est lebes: vos autez carnes. Inueniť etiā libeta tę. Piero. in lib. parolip. Pacificas hostias coxerunt in lebetis z cacabis z ollis.

Lebedus pe. ꝓ. ciuitas: ḡ a colophone centū z viginti stadi. distat. Hic scenicorū histrionū collegiuz fuit q̄ ludos ac certamina libero patri q̄tannis celebrabāt.

Lecheū/alterius maris portū appellari tradit Liuiꝰ in bello macedo. Grēci λεχη portus ipsos vocant. Papi. Curua palemoni secludit vnda lecheo.

Lectus dictus est: vt Var. inquit q̄ lectis herbis z frondibus stramēta facerēt: vl vt alij putāt ab allicięndo q̄ fatigatos ad quiescendū alliciat: nisi sit q̄ antiq̄ grēci λεκτρον lectū dicunt. Aliqñ sumit pro mensa conuiarū ḡ z discubitorius z triclinarrus dicit. Huiꝰ dimi. est Lectulus. Legit z Lecticulus. Lectrū vo ꝓ montorio est in Asia.

Lectisternium: cum sacrorū gratia lecti in templis sterne

bantur ad discūbendū siue pernoctandū.
Lectisterniator/qui lectum sternit. Plau. in Pseu. Tu esto lectisterniator: tu argentū eluito.
Lectica pe. p. cathedra ⁊ sedes qua ferebātur diuites ⁊ potētes: in qua puluinar ⁊ lectul⁹ stratus erat. Hęc ce hęraphozū q̄ a ser seruis portarēt. Iuue. Nāq; facit somnū clauia lectica fenestra. Hui⁹ dimi. est lecticula. Sue. Aegna in lecticulā se lucubratoriā recipiebat. Lice. Var. Ac nostras villas obire ⁊ mecū simul lecticula cōcursare possis.
Lecticari⁹/qui lectica deferebat. Ser. Sul. Loact⁹ suz in eadē illa lectica qua ipse delatus eram/meisq; lecticarijs in vbē eā referre.
Lectipes pe. coz. herba Serpillo similis surculosa/palmi altitudine.
Lecythus pe. cozre. grece λεκυθος ampulla olearia. Hiero. lib. iij. Reg. Hydria farinę nō deficiet ⁊ lecythus olei non est imminutus. Pro lecytho Lyranus Capsacem vsurpauit.
Lego as. in legationē mitto. Plau. in Am. Eos legat telebois. Hinc legati. Legatio/legatorū missio. Ait q; est legatū facere: vt Cęsar Casiū sibi legauit. Aut q; cōmittere. Plau. in casi. Quin ruri es i prefectura tua q̄n potis⁹ qd legatū tibi ē negocii id curas. Aut q; decernere/deliberare ⁊ testamento relinq̄re: vt testator liberto suo argēti pondo decē legauit: hoc est decreuit er hereditate sua decē argēti pōdo liberto suo pferri. Liui. li. j. Numitori q̄ stirpis maxim⁹ erat regnū vetustā syluię gētis. Hui⁹ vbi cōposita sunt Allego/ablego/delego: a q̄ subdelego/relego/sublego q̄ habēt pe. pro: Deriuata sunt: Collega ⁊ collegiū.
Legatus/q̄ legatione fungit. Virgi. Legati respōsa ferunt. Et legatus q̄ imperatoris vicem tenet.
Legatū/deliberatio quędā hereditatis qua testator ex eo q̄ vniuersum hęredis fozet alicui quid collatū velit. Hodesti. Legatū est donatio quędā testamento relicta. Et legati appellatione fidei cōmissum ⁊ mortis causa donatio continentur.
Legatari⁹ vl legataria dicitur cui ex testamēto aliq̄d legatum est.
Legator/qui aliquid legat. Sue. in Tibe. Iterū eo censente trebianis legatā in opus noui theatri pecuniaz ad munitionē vię transferre concederet/obtinere nō potuit q̄n rata voluntas legatoris esset.
Legatitius a. um. qd ad legatū pertinet. Unde legatitium viaticū dicit qd interdū accipere legati solent q̄ ad sacrariū principis mittuntur.
Lego is. legi lectū: prozie colligo. Colu. libro. ij. Optimā quāq; spicā legere oportet separatimq; ex ea semē reponere. Hinc tractū est vt legere etiaz sit oculi scripta pcurrere: qm̄ hę oculi legi. i. colligi videātur. Vir. At simul heroū laudes ⁊ facta parētis Jā legere. Propē qd ea q̄z q̄ dicta sunt legere dicimur. Idē li. vj. Quin ptin⁹ oia plegerēt oculis. Tractū a grecis q̄ γραφειν scribere ⁊ pingere dicūt. Iterē quia ad qd accedim⁹ meli⁹ oculi cernim⁹: factū est vt legere p adhęrere ⁊ accedere ponat. Liui. Ipse cōpositis siclię reb⁹ ozā italię legēs Arminū puenit. Iterē qm̄ naute duz aspa loca pterēut: legere. i. colligere vela psuerūt. Aut q; pterire significat. Vir. Littoraq; Epiri legim⁹. Et q̄n p eligere ponat: vt Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. Aliq̄n p furripere q̄ ea q̄ furamur colligimus. Idē: Vel q̄ sublegi tacitus tibi carmina nup. Hinc sacrilegiū. Quādoq; p pcutere. Plau. Quo te legā hoc scipione? Hui⁹ verbi cōposita sunt: Alligo/colligo/delego/diligo/eligo/intelligo: a quo subintelligo/negligo/perlego/relego/sublego/selego ⁊ trālego quę habent pe. coz.
Leg⁹ a. um. nō nisi in cōpositiōe inuenit pro eo qd colligit: vt Apes mellilegę dicūt q̄n mel legāt. i. colligāt
Legulus peñ. coz. q̄ vuas aut oleas colligit. Cato. Legulos quot opus erit hęberto. i. cellectozes.
Legumē pe. pro. dictū est qd manu legat. Var. libro. j. de rus. de Licere. Hoc eīn quoq; legumē; vt cętera q̄ euellunt/e terra nō subsequant: vt fruges quę p ire legunt legumina dicta. Virgi. lib. j. geo. Unde pus lerū siliqua quassante legumē. In q̄ significatiōe etiā accipitur legumentū ⁊ legerium.
Legumētū/idē qd legumē. Sic ⁊ legariū. vt Var. li. j.
Legē dictā putāt q̄ publice legat: vt oib⁹ nota sit: ⁊ ab oib⁹ obseruet. Hāc q̄dā diffinitū esse generale iussū ppli aut plebis rogāte magistratu: ⁊ hoc dūtaxat in libera ciuitate. Alioq̄n etiā regū ⁊ principū iussa leges dicunt: pstertimq; imperatoris postq̄ in eū ppl⁹ romani maiestas trālata sunt. Rogabat magistrat⁹ pōpulū qd pstituēdū eēt/ppl⁹ videbat. Id iussum si generale est ⁊ ad oēs ptinens/lex dr. Si ad singulos ciues spectat/priuilegiū est. Cic. sic legē diffinit q̄ sit certa rō e mente diuina manās q̄ recta suadeat/ prohibeatq; ptraria. Legū appellatiōe leges. rū, tabularū/se natusc̄sulta plebescita/legitimę actiōes/interp̄tationes prudentū ⁊ alia id genus continent. Legis virt⁹ est imperare/vetare/pmittere/punire.
Legislator/qui legē tulit ⁊ qui legifer dicit qualis apd athenienses Solon.
Legulei⁹/q̄ legū studia sectatur seu versat in legibus. Lice. Ira ⁊ tibi iurisc̄sultus per se nil nisi leguleius quidam cautus ⁊ acutus preco actionum cautor fozmularum auceps syllabarum.
Legulę sunt vittę parue: siue ligulę fimbriatę reticulateq; cancellatis plagul⁹ orbicularib⁹ a legēdo dictę.
Lectito peñ. coz. frequēter lego. Lice. Pero. Pyrrhite video libros lectitasse.
Lecturio is. desidero legere.
Legio a delectu militum dicta est/ q̄ legunt milites in delectu. Diuiditurq; legio i decē cohortes. Cohors in quiquaginta manipulos. Manipulus in viginti q̄nq; milites. p vno quoq; legiones romanę a numero atq; ordine dicunt: vt primani secundani decumani milites vocant primę/secundę ⁊ decimę legionis.
Legiūcula dimi. parua legio. Liui. li. xxv). Videretis vix duaz male plenaz legiūculaz instar i castrē regt.
Legionarius a. um. qd est legiōis vel qd ad legionē pti net. Plinius pollio Ciceroni. Milite nō mō legionarium: sed ne auxiliariū quidē vllū quoq; miss.
Leleges siue lelege pe. coz. ppli errabundi q̄ quondam thessaliā ⁊ diuersa alia loca tenuerunt. Hiero. lib. j. scribit maritimos fuisse q̄ postea Lares dicti fuerūt. Alij tradunt cares ⁊ leleges eē pterminos. Oui. lib. ix. me. Carasq; ⁊ armiferos lelegas lyciamq; perrat. Scribit Pli. li. v. Miletū Ionie caput lelegeidā fuisse noiatā. Eustachius docet leleges dictos q̄s λελεγμενους. i. collectos eo q̄ prius errarēt ⁊ gens collectitia eēt. Alij leleges a lelege duce appellatos asserunt.
Lema ę. apud grecos lachryma ōr. Unde Lemosi.
Leman⁹ pe. p. lac⁹ Bebēnę vicin⁹ q̄ in rhodanū fluit.
Lembus/nauicula breuis ⁊ velocissima. Plau. Dum hęc aguntur lembo aduehit tu⁹ pater paruillulo. Dic ⁊ lenunculus dicit. Hęcce tū dicit Τολεμβος Suidas. πλοιον μικρον και τω λεμβει εν Δοτικη συλλεσροσκλιρεται.
Lemnos/insula q̄ ⁊ hypsipilea ōr ab hypsipila Thoantis filia quę in ea regnauit. Hęc est in egeo mari ab oriēte troiā ab occasu. Athō spectās: a Borea Thraciam/ab austro/sed lōgo tractu Crete opposita est. vrbes habz Myrrinā maritimā ⁊ Ephestiā mediterraneā. In ea colebat Vulcanus deus ignis. Unde ⁊ lemnius ardor dicit a poetis. Nam vt in fabulis fertur cum Juno eū peperisset/eūq; turpem cōspexisset
Legulus peñ. coz. q̄ vuas aut oleas colligit. Cato. Legulos quot opus erit hęberto. i. cellectozes.
Legumē pe. pro. dictū est qd manu legat. Var. libro. j. de rus. de Licere. Hoc eīn quoq; legumē; vt cętera q̄ euellunt/e terra nō subsequant: vt fruges quę p ire legunt legumina dicta. Virgi. lib. j. geo. Unde pus lerū siliqua quassante legumē. In q̄ significatiōe etiā accipitur legumentū ⁊ legerium.
Legumētū/idē qd legumē. Sic ⁊ legariū. vt Var. li. j.
Legē dictā putāt q̄ publice legat: vt oib⁹ nota sit: ⁊ ab oib⁹ obseruet. Hāc q̄dā diffinitū esse generale iussū ppli aut plebis rogāte magistratu: ⁊ hoc dūtaxat in libera ciuitate. Alioq̄n etiā regū ⁊ principū iussa leges dicunt: pstertimq; imperatoris postq̄ in eū ppli romani maiestas trālata sunt. Rogabat magistrat⁹ pōpulū qd pstituēdū eēt/ppl⁹ videbat. Id iussum si generale est ⁊ ad oēs ptinens/lex dr. Si ad singulos ciues spectat/priuilegiū est. Cic. sic legē diffinit q̄ sit certa rō e mente diuina manās q̄ recta suadeat/ prohibeatq; ptraria. Legū appellatiōe leges. rū, tabularū/se natusc̄sulta plebescita/legitimę actiōes/interp̄tationes prudentū ⁊ alia id genus continent. Legis virt⁹ est imperare/vetare/pmittere/punire.
Legislator/qui legē tulit ⁊ qui legifer dicit qualis apd athenienses Solon.
Legulei⁹/q̄ legū studia sectatur seu versat in legibus. Lice. Ira ⁊ tibi iurisc̄sultus per se nil nisi leguleius quidam cautus ⁊ acutus preco actionum cautor fozmularum auceps syllabarum.
Legulę sunt vittę parue: siue ligulę fimbriatę reticulateq; cancellatis plagul⁹ orbicularib⁹ a legēdo dictę.
Lectito peñ. coz. frequēter lego. Lice. Pero. Pyrrhite video libros lectitasse.
Lecturio is. desidero legere.
Legio a delectu militum dicta est/ q̄ legunt milites in delectu. Diuiditurq; legio i decē cohortes. Cohors in quiquaginta manipulos. Manipulus in viginti q̄nq; milites. p vno quoq; legiones romanę a numero atq; ordine dicunt: vt primani secundani decumani milites vocant primę/secundę ⁊ decimę legionis.
Legiūcula dimi. parua legio. Liui. li. xxv). Videretis vix duaz male plenaz legiūculaz instar i castrē regt.
Legionarius a. um. qd est legiōis vel qd ad legionē pti net. Plinius pollio Ciceroni. Milite nō mō legionarium: sed ne auxiliariū quidē vllū quoq; miss.
Pegmatis formā. Sene. ad Lucil. his vbis describit: His annumeres licet machinatores qui pegmata pse surgentia excogitant ⁊ tabulata tacita in sublime crescentia ⁊ alias ex inopinato varietates/ aut debiscentibus quę cohęrebant/aut quę distabant sua spōte cohęrētibus/aut his quę eminebāt paulatim in se residētibus. Josephus lib. vū. de bel. Judaico. Maxime autem stupor erat machinarū quę portabantur siue pegmatū fabricatio: pro quorū magnitudine viribus portantiū occurrētes timebant. Multa enim in tertium nidum/quartūq; surgebant ⁊ magnificentia fabrice cum admiratione delectabat. In his machinis simulachꝝ belli representatū fuisse significat: vt alij fugere/alij capi viderent: ⁊ per singula pegmata dux captę vbis agebatur: ita vt captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant a Suetonio pegmates vocātur. Tradunt Claudiū abiecisse aliquādo bestiis qui pegma in scenā parum feliciter produxissent. Pli. lib. xxiū. Princeps Caius in circo pegma duxit in quo centū ⁊ vigintiquattuor argenti pondo fuere. Festus scribit pegmata esse aut ędificia/aut marmore ornamēta quę vt plurimū in atrijs q̄q; in porticibus/aulisq; affigunt/maiorū aliorūq; fortiū virorū gesta certius q̄ pictura ostēdentia.

Peiero as. pe.cor. falso ⁊ animo fallendi iuro/seu iuramentū infringo. Ex per ⁊ iuro/abiecta r ⁊ u longa in e breue conuersa. Plau. in asi. Nam si quid fecit scelestę pro illo lingua peierat. Lactā. li.j. Ergo aliqua potestas est quę peierantes deos puniat. Dicimus ⁊ periuro as. quod periurus probat ⁊ periurū.

Peior ⁊ deterior differunt/ꝙ peior a malo dicatur: deterior a melior: id est minus bonus.

Pelagus penul. cor. re. tam masculini q̄ neutri generis profundum maris significat. Val. Flaccus lib.j. Quātū terrę/quātū cognoscere cęli permissum est pelagū quantos aperimus in vsus. Hinc pelagicus apum. Col. lib. ix. Ceteri saratiles autē pelagici iacta ex his: sed recentibus melius pascūtur.

Pelagia dicit purpura a pelago a quo ⁊ succus ei⁹ pelagium vocatur.

Pelamis idis. generis fg. genus piscis thynni: nam pelamides primo: sed cū annuū excessere tempus thynni vocātur. Victus ꝙ in luto moretur απο του πηλου. a luto. Juue. Siccus petasunculus ⁊ vas pelamidū. Pli. lib. xxij. Pelamidū generis maxima apoplectos vocatur.

Pelargus grece/latine ciconia dicitur: sicut testat Ambro. libro. Hexa.

Pelasgia/regio grecię circa extremā partez macedonię versus achaiaz: olim thessalia dicta: inter duo maria egeū ⁊ Joniū platani folio similis excurrit ꝓpter angulosos recessus: a quo pelasgi populi quasi pelargi id est ciconię: quoniā errabundi ritu ciconiarū ꝓpter mīras natiōes iuerūt: vl pelasgi a pelasgo iouis filio

Pelethronius/oppidū thessalię: vbi primū domandorū equorū vsus inuentus est.

Pelethronius/nomē eius qui primus (vt scribit Pli.) frenos ⁊ strata equorū inuenit.

Pelops Tantali filius qui curruli certamine contēdit cum enomao. Qui cū didicisset ex oraculo se tūc moriturum cum filia nupsisset: multis illam petentibus proposuit certamen quo victus interficeretur: victor filiam duceret vxorem. Equorum instituit cursum ad aram Neptuni: quę est in isthmo corinthiaco: cū plures equorum: quos permissimos habebat velocitate superasset/superatosq; peremisset: is equorum permicitate vicit enomaū: abduxitq; ex pacto vxorē hippodamiam. Hinc pelopide dicti qui a pelope originem duxerunt.

Pelopeius a.um. possessiuus. Unde fabula de pelope scripta/pelopeia dicta ē. Juue. Prefectos pelopeia facit philomela tribunos.

Peloponnesus/regio achaię a pelope hippodamie viro dicta ⁊ tantali regis phrygum filio: quasi pelopis insula: quoniā pene insula est. Qui superato enomao hippodamię patre in certamine torū illud regnū in dotem accepit: ⁊ ex phrygia secū in eā regionē duxit populū. Nec apie ante appellata ⁊ pelasgia peninsula haud vlli terrę nobilitate posterēda circuitu .ccc. lxiū. miliū passuū colligitur: angustię sex miliū fame nisi erūpentia e diuerso/quę dicta sunt maria. Hinc corinthiacum: illinc saronicū sinum efficiunt. In peloponeso sunt argos/mycene/corinthus Lacedemō parte. Malea promontoriū. Epidaurus/regiones/ archadia/Sicyonia.

Peleus/nomen patris achillis. Unde ⁊ pelides achilles dict⁹ est. Hephestion interpres sophoclis tragici in aiace tragedia αιακοσ υιοσ Διοσ εξ αιγιρησ πηλευσ και τελαμων εξ αιακου ων αχιλλευσ και αιασ και αιαντοσ παισ ην ευριπακησ.

Pelias adis. hasta qua achilles solus vtebat.

Pelion/mōs thessalię. Ouid. Pelion hemonię mōs est obuersus in haustros. Summa virent pinus: cętera quercus habent.

Pella/vrbs macedonię fuit i littore egei maris illustrata maxime natalibus Philippi macedonū regis et alexandri. Unde ⁊ vterq; pelleus dictus est. Juuen. Unus pelleo iuueni non sufficit orbis.

Pellax/q̄ ꝓ blandicias decipit. Virgil. Inuidia post⁊ pellacis vlysi. Inde pellacia/fallacia. Idem lib. iiū. geor. Verū vbi nulla fugā repperit pellacia.

Pelliceo ces. pellicui raro habet. Pelliceo is. xi. pellectum/blandiendo decipio. Unde pellect⁹/crebro ꝓ pellicio. Teren. in Phor. Is senem per epistolā pellexit. Cōponitur q̄ ex ꝓ ⁊ lacio/mutatis r in l ⁊ a in i.

Fest⁹: Lacit/decipit/inducit. Lax lacis ꝙ fraus est. A lax siue lac laceo esse: ꝯuis verba a laceo cõposita z fraudis z lactis participẽ significationẽ habeant. Unde z lacto as. propter quod z in bonam partem z in malam accipi possunt: vt allicio/elicio et alia. A pellicio fiunt pellax/pellicator/pellicat⁹ et pellex. Est z perliceo siue perlicio: q̃ vsus est. Liui. li. iiij. si text⁹ non est viciatus. Negociũ inquit datur: vt quos q̃sq; posset ex collegio tribunorũ ad intermissionẽ perlicerent. Pellicio tamẽ z pellexi z pellect⁹ magis in vsu sunt q̃ pliceo. Perlect⁹ in ista significatiõe nequaq̃ haberi puto/sed pellect⁹ tm̃/ne a perlego putaretur.

Pellicator/qui ad fraudem pellicit.

Pellex vt inquit iurisc̃onsultus illa vulgo appellat: quę cum eo cui vxor sit corpus miscet. Inde apud oratores z poetas pellex non tam viri q̃ vxoris nuncupatur. Cic. Uxor generi/nouerca filij/filię pellex. Sue. de Cesa. Prętereo actiões Dolobellę: in quibus eũ Dolobella pellicez reginę dicit: Cõcubina quę cũ celibe viro sine nuptijs locũ tenet vxoris quã greco vocabulo παλλακην pallacen appellamus. Sue. de Uespa. Inde quieti vacabant accubante aliqua pallacarum quas in locũ defuncti genitis plurimas constituerat. Justinus quoq; cyri pallacen noiat licet vitio librariorũ pellicẽ scriptũ reperiat. Pellex latinũ nomen est a pellicio: qđ est blandiendo decipio: quia blandiẽdo virũ ab vxore seducit. Cice. in Sal. Omnium cubiculorũ pellex: z idem postea adulter. i. puer lędebas alienas vxores pręripiẽs eis maritos: vir postea lęsisti maritos pręripiens eis vxores.

Pellicatus us. actus quẽ pellex exercet: sicut cõcubinatus quem cõcubina.

Pellene pe. pro. oppidũ achaię inąt Stra. A quo pellenei populi.

Peligni populi marsis finitimi: quorũ metropolis est sulmo. Pelignum enim est vbs ex qua Ouidi. duxit originem: sicut ipse testatur Peligne gẽtis gloria dicar ego.

Pelluceo/per mediũ luceo. Juue. Cretice polluces.

Pelorias idis. genus cõchę. Hora. in Ser. Murice baiano melior lucrina pelorias.

Pelorus pe. pro. promõtorio sicilię italiã versus a Peloro gubernatore nauis. Annibalis ibi sepulto. Põpo. Annibal fugiens ex aphr:yca cum ad has angustias deueniret seuiẽtis pelagi z proditũ se putasset peloro gubernatorẽ nauis occidit z tumulauit. De hoc promontorio Luc̃. lib. ij. Extremi colles siculo cesserę peloro.

Pelorius/latine excelsus z vastus. Quo nomine dict⁹ est polyphemus ab Homero.

Pelicanus/auis ęgyptia: nascit in solitudinibus marime nili fluminis. Duo autẽ sunt pelicanorũ genera: vt docet Hiero. Unũ volatile: aliud aquaticũ: z latine dicuntur onocrotali: greci πελεκανος nos pelicanos. Uę aues tanq̃ colaphis rostrorũ dicũtur occidere paruulos suos: eosdemq; in nido occisos a se lugere per triduũ. Postremo dicunt matrẽ seipsam grauiter vulnerare: z sanguinem suũ super filios fundere: quo illi superfusi reuiuiscũt. Hiero. ad prędictũ sic habet. Pelicani cum suos a serpẽte filios occisos mortuos inueniunt/lugent et se/z sua latera percutiunt: z de sanguine excusso ad latera corpora mortuorum se reuiuiscunt.

Pellis dicitur cum est a carne separata: quę cutis antea dicebat. Juue. Habes deformẽ pro cute pellẽ. dicta pellis: vt quidã putant: a pellendo q̃ externas iniurias tegendo repellat. Hęc postq̃ cõcinata est ad calceos z cętera opera facienda aluta dicitur. Varro: Pasceolus saccus est ex aluta factus. Hui⁹ diminutiuum est Pellicula.

Pellesuina/locus vbi pelles venduntur.

Pelliciũ vel pellicea vestes ex pellibus. Hiero. contra Joui. Detecti in vallem lachrymarũ tunicis cõlutis z pelliciis vestirentur.

Pellicius a. um. pe. pro. qđ est ex pelle: vt vestis pellicea.

Pellitus a. um. pe. pro. qđ pelles habet. Proper. Pellitos habuit rustica corda patres.

Pelliculo as. penũ. cor. pellibus obturo. Col. Uas oppulatum pelliculant.

Pelliones qui vestes pelliceas z alia ex pellibus opera faciunt.

Pello as ꝯuis non sit in vsu: habet tamen composita: Appello/cõpello z interpello.

Pello is. pepuli pulsum. i. percutio/ferio. Teren. Quinam a me pepulit tam grauiter fores? Aliquãdo abigo/extrudo. Plau. Pelle animo timorẽ mox aderit gnat⁹. Hui⁹ cõposita sũt abpello siue aspello/ appello per duplex pp. cõpello/depello/dispello Expello/impello/,ppello: qđ est a longe pello/amoueo. Sal. Collegam suũ Antoniũ pactione prouincię propulerat ne contra rempu. dissentiret. Aliquãdo significat vitraduco. Col. lib. ij. Cum ventum erit ad versuram in priorem partẽ iugũ propellat. Perpello/ perfecte pello/induco. Liui. lib. j. Incensam multitudinem perpulit: vt imperiũ regi abrogaret. Repello/ retro pello: a supino pulsum fit frequentatiuũ pulso as. Antiqui etiã dixerunt pultum: a quo pulto as.

Pelta/scutũ breuissimũ in modũ lunę iam medię. Virgi. Ducit amaçonidũ lunatis agmina peltis. A quo nomine postea peltaste pedites appellati sunt: q̃ ad motum concursumq; leuiores erant.

Peluis quasi pede vis: vt Var. inquit: A pedum lauatione. Alij peluim sinũ aquarium putant: in quo varię res perluuntur.

Pelluuiũ z pelluuia fgminino genere vas quo lauãtur pedes: sic malluuiũ z malluuia/ vas quo lauant manus Dictũ pelluuiũ a pelluendo: hoc idẽ polubz dicitur. Labrũ cõmune est: qđ vulgo dicit bacille: similiter z peluis.

Peluſiũ vnũ est ex ostijs nili z ciuitas prope in quadã ęgypti parte quę augustanica appellata est ,ppe thebaidem. Hanc vbẽ condidit Peleus achillis pater monitu deorũ post lustrationem. Eo enim tempore Peleus furijs agitabat: quia fratrem Focum interemerat z purgari querebat. Hinc sit peluſius a. um. pro peluſiacus a. um. penul. cor. Mar. Accipe nilia cam peluſia munera gentem. Virg. lib. j. geor. Hec peluſiace curam aspernabere lentis.

Peluſiote/populi peluſium habitantes. Hiero. cõtra Joui. Impelle si vales peluſioten vt mãducet cepe. Idem in Pãma. Peluſiotas nos apppellãt z luteos animales; z carneos.

Pendeo es. pependi pensum/significat in sublimi siue suſpensum esse. Tractũ a pennis auiũ. Virgi. In cuſtisq; rubens pẽdebit sentibus uua. Plau. in asi. Mundus vinctus centum pondo es per pedes quãdo pendes. Hinc p translationẽ pendere pro sustentari ponitur. Ouidi. Pendet z a vestra nostra salute salus. Quandoq; pro cruciari z in pęna esse. Et sic construitur cum genitiuo vel ablatiuo. Cice. lib. j. Tul. Q̃ si expectando vel desiderando pendemus animis/cruciamur z angimur. Idẽ in Mort. Et qui expectat/pẽdet animi. Et pendere dicitur qui nimio desiderio alicuius rei in cẽtus cessat ab omni alio opere: z id vnũ solicitus expectat. Ouidi. Narrantis coniunx pendet ab ore viri. Virgi. Dum consulta petis nostroq; in limine pendes. Itẽ dubitare. Sene. Pendet animis z in diuersa trahit. Item cessare. Virg. Pendẽt opera interrupta minęq; murorũ ingentes. Hui⁹ cõposita sunt: Appendeo/dependeo/impẽdeo/propẽ/

deo ⁊ suspẽdeo: qđ est supra pendeo. Col. lib. v. Rusticos subigere iugo palmã ⁊ ita collocare vt sol minime suspendat. Interdũ est mediocriter vel quasi imminere. Cice. Peto. Quid ipsa res modo honesta/modo turpis suspendet flagitiosum est.

Pendeo es. pependi pẽsum verbũ actiuũ. Et assumpte fit neutrũ in alio sensu. Significatq; pondero: ⁊ p translationẽ/considero/estimo. Vsi ⁊ eos genitiuos regit quos verba preciũ significantia habere solent: vt Magni pendo/parui pendo/nihil pendo/flocci pendo ⁊ hmõi: quod est in magna ⁊ parua estimatione habeo. Unde magis separata q̃ cõposita sunt dicenda. Pendere est etiã soluere. Liui. li. j. Ad equos emendos dena milia eris ex publico data: et quibus equos alerent viduę attribuẽ quę bina mſlia eris in annos singulos penderent. Salu. Semper illis reges tetrarchę vectigales erant populi/nationes stipendia pendere. Unde pgnam pendere proprie dicitur qui ob delictũ pecuniã soluit. Virgi. Tum pendere pgnas cecropide iussit: qđ ex eo tractum est q̃ ere graui cum uterentur romani eo penso nõ numerato debita soluebant. Libralis enim et dupondius appendebatur assis. Unde eris grauis pena. hinc pensiones dictę sunt. Item pendere/sustinere. Lactan. li ij. Eos q̃ impietatis ac sceleris sui supplicia pẽluros. Composita sunt: Appendo/compendo. vnde cõpendium. Dispendo/varie pendeo quo dispendiũ. Dependo quod est do. Col. libro. v. Nam q̃ aliter incassum dependitur opera cum degeneres etiã renouate pristinũ seruabunt ingeniũ. Expẽdo/impendo/perpendo/diligenter cõsidero seu perfecte põdero. Lactan. lib. v. Nihil enim sapiunt nisi terram bonaq; ⁊ mala solius corporis sensu ac voluptate perpendũt. Cice. Quid in amicitia fieri oportet quę tota virtute perpenditur: id est exacte ponderaẽ/examinatur. Augu. lib. ij. de ciui. dei. Nec nos in ea re diligẽtius requirenda per multorũ scriptorq; perpensa testimonia demoremur. Prępendo/prępendo/antepẽdo. Prąper. Cũ tua prępendent demissa in pocula serta. Rependo ⁊ suspendo/sursum pendo/alte ligo. Virgili. Ante nouis rubeant q̃ prąta coloribus: ante garrula q̃ tignis nidum suspendat hirundo. Quãdoq; suspendere est anxium esse. Plau. Vir compos mẽtis sum ita mihi suspendit animũ. Virg. Suspensi eurypilum/citarũ oracula phębi mittimus. Et quoniam dum anxij sumus etiam dubij efficimur. Suspensum quandoq; pro dubio ponit. Seneca: Suspẽsus animo quid agere cogitabat. Item pro placido ac silenti. Teren. in Phor. Hęc vbi ego audiui ad fores suspenso gradu placide ire perrexi. Et suspendere etiã est pendendo interficere. Lactã. lib. iiij. Tum suspẽderunt eum inter duos noxios mediũ qui ob latrocinia damnati erant. Hinc suspendiũ pro suspensiõe. Bel. Suspendio vitam finiunt.

Penso as. a pendo vel a pendeo frequentatiuũ/significat sępe põdero/estimo: vel aliquid pro alio do. Hiero. ad Iuli. Paupercula vidua omnes dicit in oblatione munerũ dei superare locupletes quę non pondere sui: sed offerentiũ voluntate pensantur. Valeri. maxi. lib. j. Deductus ac missus ad senatũ legatus vt ex se vno ⁊ sene cõplures pgnorũ iuuenes pẽsarent in contrariũ dato consilio carthaginẽ petijt. Hinc cõpenso/dispenso/repenso. Hiero. De eo autem q̃ niteris approbare conuitiũ ⁊ homicidiũ racha ⁊ adulterium ⁊ ociosum sermonẽ ⁊ impietatẽ nõ supplicio repensari iam responsum est.

Pensito as. sępe vl valde bene põdero/examino. Plin. lib. vij. Is demum vitam equa lance pensitabit qui semper fragilitatis humanę memor fuerit. Bel. li. j. Aut virtutes pensitabat/aut vitia rimabat: vt iudicium esse factum ad amussim diceres. Et pẽsitare est soluere/cosuescere. Pli. libro. xij. Qui tradit singula milia talentũ tauris annua pensitasse arabas regibꝰ persarum. Cicero in oratione contra mithrydatem. Quę tandem esse existimatis/aut eos qui vectigalia vobis pensitant/aut eos qui exercent/aut exigunt: id est soluere solent.

Pensitator/ponderator. Bel. Uerborũ pensitatores sublilissimi: a pensito as.

Pensor/qui ponderat: a pendo is. Aug. li. vj. cõ. Dubitare stultũ est: quin vtiq; melior sit q̃ mẽsor cęli: ⁊ numerator siderũ ⁊ pensor elementorũ.

Pensiculo as. idem qđ pensito. Bel. Pensicula vtrũq; moderare reperies suo quodq; in loco sonare aptissime. Hinc pensiculatores dicti sunt qui aliorũ dicta siue dictiones exacte ponderant. Et pensiculate adverbium: id est cum pondere.

Pensilis ⁊ hoc pensile penul. corre. quod suspensum et sublime est: vt Pensilis hortus: qui supra ędificia factus est/hoc est in solario vl in aere sublimis. Sic pẽsilis vua: Hora. Tum pensilis vua secũdas ornabat mensas. Pensilis homo qui suspensus est. Plaut⁹: Restim volo mihi emere qui me factã pensilẽ. Pensilis lectus/pensiles lychni/q̃ suspensi sunt ⁊ in aere pendẽtes. Pensilis/vbs quę subter cauata est. Pli. Leguntur ⁊ pensiles hortos: immo vero totum oppidum fecisse nullo oppidanorũ sentiente. Idẽ Magnitudo ⁊ frequentia cloacarum vrbem pensilem facit. Pensile horreum: quod nos vocamus granarium q̃ sit in altiore domus loco. Colu. libro. j. Sed nos in nostris regionibus quę redundant vligine magis illam positionẽ pensilis horrei probamus. Aliquando tamen pensilis dicitur mollis. Virgil. Pilentis matres in mollibus. Ser. id est pẽsilibus. nam molle ⁊ pensile conuertuntur.

Pensa a pendendo: qđ pro aliqua re cõducta soluitur. Et pensa plurali numero manipuli lanę pel lini q̃ pẽdent ex colo ⁊ fuso trahuntur. Nam cum dicim⁹ trahit pensa: idem est ac si diceretur filat. Oui. lib. ij. fa. Lumen ad exiguũ famulę data pensa trahebant. Iusti. lib. j. Pensa inter virgines partiẽtẽ. Quãdoq; pẽsa capiuntur pro filis. Virgil. de textrice. Excussi manibus radij reuolutaq; pensa.

Pensus a. um. ponderatus examinatus: per translationem ponitur pro bono ⁊ sapiẽte. Plau. in Sti. Age tu altera vtra sit conditio pensior virginem an viduã habere. Quandoq; ponitur pro equato. Sal. Necq; id quibus modis assequeretur dum sibi regnum pararet quicq; pensi habebat.

Pensio dicitur id quod pro re aliqua conducta soluit: id est qđ datur pro rei alicuius vsu/aut agri/aut domus. Cice. Lepte teneor tamen dũ a Dolobelle p curatoribus exigam primã pensionẽ.

Pensionarius/qui pensionẽ alicui soluere tenet.

Pendulus a. um. qđ pẽdet. Ouid. Lassaret viduas pẽdula tela manꝰ. Hiero. ad pãma. Valuit in humilioribus tuto pergere q̃ pendulo gradu in sublimioribus fluctuare. Col. Tum deinde macriora ⁊ pendula loca luna crescente simo iuuanda sunt.

Pentateuchus/dici potest volumen quinq; librorũ. nã πέντε quinq; τεῦχος volumen.

Pentaphyllon/herba quinq; folia habens: habet multas virtutes.

Pentarchus/qui quinq; viris prąest.

Pentecontarchus/dici potest quinquagenarius. i. qui prąest quinquaginta. Nam πεντήκοντα pentecõta quinquaginta dicuntur.

Pẽtecoste es. a pẽtecõta dici põt ãnã genaria qm̃ hęc dies a resurrectiõe dñi distat quinquaginta diebus. nã pentecostos latine quinquagesimus dicit.

Pentathli/dicunt illi qui in ludo quinq artes gymnasticas exercent/videlicet discum/cursum/saltu/palestram z iaculatione z ipsa exercitatio pentathlon latini alio nõe quinquertiũ/a quinq artibus z ipsi pentathli.i.athlete qui his quinq artibus se exercebant quinquertiões appellant ἀπέρτε qđ significat quinq z ἄθλος certamen. Pli.de Hirone. Hic fecit delphicos pentathlos.

Pẽthemimeris.pe.cor.latine semiquinaria cesura est: quotiens post octo tẽpora syllaba relinquit partem orationis terminans. Hec autẽ cõmunis est: vt Hia vincit amor: z nos cedam⁹ amori. Penthe eñ quinq μερισ diuisio vel pars.

Pentastice/porticus dicuntur a quinq columnarũ ordinibus.

Pentapolis.pe.cor.regio inter palestinã z arabiam: a quinq ciuitatibus sic appellata: vbi sodomũ z gomorrum oppida. Hanc regionẽ: vt Solinus scribit de cęlo tactã testat humus nigra z cinere soluta. Nascuntur ibi poma que comedi non possunt: licet matura videantur leniter manibus pressa fumũ exhalãt z in puluerẽ fatiscunt. Est z pentapolis regio in Lybia a quinq ciuitatib⁹ dicta: q̃ z Cyrenaica vocat.

Penus hic vel hęc quarte declinationis. Et hic pen⁹ pe ni ꝑm Prisci. Et hoc penus penoris. Et hoc penum. Et hoc penũ indeclinabile/significat omne esculẽtũ/poculentũq quo vescuntur homines. Dictũ pen⁹ q ea que longe vsionis gratia contrahunt z recondũtur non in promptu sint: sed intus z penitus habeantur. Fest. Penora res necessarię ad victũ quotidianũ. Plau. in persa. Nam nisi penus annuus hodie conuenit/cras populo prostituã vos. Teren. in Eu. Prius ad te penũ omnẽ congerebã clanculũ. Lucil. Ut vxori legata penus. Nora. in neutro genere. Anno ne prosit portet frumenta penusq. Penũ afra. Eos quibus cordi est intra tunicã man⁹ leua dextra in penum herile. Gel. Ex massurii auctoritate demonstrat thus z cętera ligna q̃q penori adscribi posse. Nos ẽo aromata caseũ/carnes salitas z alia ęsculenta dabimus seruanda.

Penuariũ siue penuaria cella dicit omne qđ in penu reponitur z ipsum penu z qđ in penu est.

Penuria/quasi vrens penu: vel qđ pene vrat: vel qđ pene minus sit q̃ necesse est/significatq omnẽ inopiam rerũ: z ꝑsertim earũ q̃ in penu recondi solent.

Penes prępositio quomodo sumatur. Vide in dictione apud.

Pene aduerbiũ/significat quasi.

Peneus/fluuius in thessalia inter ossam z olympũ desinens collib⁹ dextra leuaq molliter curuis in eo cursu tempe quinq milliũ passuũ longitudine z ferme sex latitudine pulcherrimus ager.

Penelope/Icari filia z Vlyssis vxor que lanificio z absentiã mariti solabat z procos frustrabat quibus se concessuram absoluta tela pollicebat: sed vt eos longius frustraretur noctu retexebat: quod interdiu texuisset. Dicta ab auibus que penelopes dicuntur: cuius nominatiuus singularis est penelops/cuz prius arnea vocaretur quasi abiecta repudiataq. Etenim in mare proiectã ab Icaro peribeaq parentibus ferunt educauisse penelopes.

Penis feminini generis/cauda dicit a pendendo. Unde z offam porcinã cum cauda offam penitã dicebãt. Hinc peniculos dicimus quibus calceamẽta tergũtur: post autem penis virile membrũ dici ceptũ est: sicut z salax cauda q non tã a pendendo q̃ a penetrando quidam dici voluerunt: z rectius masculino genere profertur. Iuuena. Mouerunt mauri atq indi que psaltria penem. ¶ Ascẽ. Est quidem mascu. sed apud Iuue. que psaltria legitur.

Penitus a.um. penul. produ. quod ex pene: hoc est cauda est. Unde penitia offa. Offa porcina cum caudauda. Penitus penul.cor. significat qđ est intra. Plau. in asi. Age queso excrea vsq expenitis faucibus etiã amplius. Inde penitior interior/penitissimus/intimus. Inde penetro penetras.

Penitus aduerbiũ locale/quasi pene intus: id est valde interne seu intrinsecus vel intima parte z secreta: vt cum dico: Penitus me noscis: hoc est intus z in cute Virgi. Et causas penitus tentare latentes. Fit autẽ a penes. Id enim penes nos videtur esse qđ est penitus reconditũ. Interdũ ponitur pro aduerbio qualitatis z significat ꝑfus vel valde. Virgi. Penitusq sonantis accelsis scopulos. Quandoq significat lõge. Idez: Penitusq alias aduexerat oras. Hinc penitus a.um. de quo mox est dictũ.

Penicilla/instrumẽta/pictoria. vide infra in peniculus.

Penetro as. quasi penitus intro. Lactã.li.ij. Ad ęgyptios z magos z persas vsq penetrassent.

Penetrabile/qđ facile penetrat. Virgil. Penetrabile telum. Mar. Me madidos intret penetrabile frig⁹ in artus. Interduz sumit passiue: qđ facile penetrat. Liui.lib.xlv. Et in asperis locis silex sępe impenetrabilis ferro occurrebat.

Penetrale nomẽ substantiuũ/significat omnẽ partẽ interiorem domus vel templi: licet sit intecta seu omne qđ in intimis partibus est. Usñ penetrale sacrificium dicebatur qđ in penetrali: hoc est in intima parte domus fieri solebat. Lactã. de opi. Quãtulũ enim videre possemus si mens ab intimi penetralibus capitis perexiguas cauernarũ rimulas attẽderet.

Penates dicti sũt duꝰ domestici/ q penes nos nati sint: vel q non longe absint ab hac vita: siue q penit⁹ insident. Ex quo etiã penetrales a poetis vocant. Alii a penu hoc nomen deriuant. Var. Penates esse dicerunt per quos penitus spiramus: per quos habemus corpus: per quos rationẽ animi possidem⁹. Cuius nominatiu⁹ singularis ꝑm aliquos est hic penar. ꝑm aliquos hic penatis.

Peniculus z penicillus siue peniculũ z penicillũ: Quis diminutiua videantur a penis. Significant tamẽ ea quibus calceamenta vasaq tergũtur. Item quibus pictores pingunt: quoniã ex caudaz extremitatibus fiant. Pli.lib.xxxv. Arreptoq peniculo lineã ex colore durit summę tenuitatis per tabulam. Idẽ in eodem. Usus ad penicillum/aut si lignum colorare libeat. Quintilia.lib.ij.insti. Ut celator celũ: z pictor penicilla desiderant. Item quibus Albariũ tectorio inserunt qui dicuntur tectorũ peniculi. Pli. Setarũ ex his penicillis tectoriis cinis cum adipe trit⁹. Itez quibus vulnera stipantur. Vel ideo ne claudant: vel vt aperiant magis: vt sunt penicilli ex linteolis concrepitis ex medulla sambuci z ex spõgia. Idẽ: Tum peniculo vulnus apertũ. Omne pręterea quoad aliqđ mundandũ/illiniendũ ve vtimur: penicillũ vel peniculũ vocam⁹/ꝑsertim si ex spongia sit factũ. Ter. in eu. Quid ignaue peniculũ pugnare q̃ istuc huc portes cogitas? Pli. Hisopũq cum myrrha calidũ penicillo illitũ. Item spongię genus nobilissimũ est qui penicillus dicitur/ex quo fiunt penicilli.

Peniculamentũ/pars vestis q̃ terrã attingit. Enni. Pedent peniculamenta vnũ ad quẽq pedũ.

Penna per duplex nn auium est. Sunt enim pennę maiores q̃ plumę. Et est generale ad pinnas: scz sũmitates z ad plumas: pinne autẽ proprie sunt pẽne que plume: hoc est molliores z exigue pẽne non sunt.

Pennula siue pinnula/pars sũma auris ab acuitate dicta. Unde in Leui. legitur. Lũcta que non habẽt pẽnulas z squãmas in aquis polluta erũt. Proprie vero pennula diminutiuũ est a penna. Aug. lib. v. de ci

ui.dei. Qui nec cuius pēnulā/nec herbę flosculuz/nec arborzis folium sine suarū partiū conuenientia dereliquit Li.li. iij. de natu. deorū. Cū autē pennulis vti possunt/tum volatus eorū matres prosequunt.

Penula per simplerū: vestis quę nebuloso seu pluuioso tempore supra tunicā assumitur loco palli:ad arcendas a corpore pluuias. Pompo. in paniceo. Penulam in caput induce ne te noscat. Quintil. Cū galba penulam roganti amico respondit. Si non pluet/nō opꝰ est tibi. Si pluet ipse vtar. Iuue. Et mīto stillaret penula nimbo. Hęc si ex pellibꝰ esset scorteavocabatur. Var. Ingrediare viam cęlo licet vsq; sereno. Ad subitas nunq; scortea desit aquas. Aug. lib. j. con. videtur significare penulā fuisse habitū grammaticorū. Quisq; inquit penulatorū magistrorū audit aure sobria ex eodē puluere boiem clamātē⁊ dicētem. Fingebat hęc Homerus. Ulpianꝰ. inter cōmunia vestimenta quibus vir ⁊ mulier promiscue vtuntur penulas annumerat. Var. dixit non querēdā esse penulam homini qui habet virtutē. scribit Lampri. Alexandrū cōstituisse: vt senatores penulis intra vrbem frigoris causa vterentur: cum id vestimentū itineraruim ⁊ pluuię fuisset. Erat etiā penula gausapina candida ac villosa qua per estum vrebant. Var. Is mihi candor ineſt/villorū gratia tanta est. Vt me vel media sumere messe velis.

Pēnatus a.um. qđ pēnas habet: vt volucres pennatę. Sic Impennatus qui pennas no habet.

Pennarium/in quo pennę reponuntur: sicut calamariū in quo calami.

Penulatus/penula indutus. Vide in dictione penula.

Penulariū/locus in quo penulę reponūtur.

Peplus siue peplū/vestis solennis quę inūcitur vel viro vel fęminę vel deo deęve. Virg. Crinibus iliades passis peplūq; ferebant. Plau. Nunq; ad ciuitatem venio nisi cum infertur peplum bodie. Poetę tamē vt inquit Ser. abutuntur hoc nomine.

Pepones/melones. Hiero. in lib. Num. In mentē veniunt pepones.

Pepsis/latine concoctio. vñ peptice medicamenta ad concoctionem quę fortis adhibentur απο του πεπτειν. Inde dispepsia mala coctio: quando cibi non perficiuntur.

Per prępositio est/quę separata quādoq; localē/quandoq; temporalē habet significationem: vt Per vbē vado: per mediū dicē operor. Quādoq; denotat personam: vt Per medios ruit ac morientes nomine clamat. Quandoq; iurandi est: vt per pol: id est p pollucem. Quādoq; obtestandi. Virgi. Per te per qui tetalem genuere parentes. Quādoq; mediū quendaz ⁊ quasi intercessorem significat: vt per meos amicos obtinui. Lic. Qđ per me certior fias: id est me opante. Composita vo perfectionē denotāt. Lactan. Si legit/perlegat: id est vsq; ad finem legat. Cice. Nuncius qui litteras accepit/nō pertulit. Aliquādo in bonū vel in malū accipitur: vt persequor. Aliquādo abnegatiua est: vt perfidus/periurus/qui fidem ⁊ iusiurandum fregit. Aliquando significat per mediū siue trans: vt perfluor/perpluo. Perspicuū per cuius medium videmus: vt crystallus. Aliquādo habet vim aduerbij ⁊ pro valde ponit/tamq; superlatiuo q̄ positiuo iungitur. Colu. lib. iiij. Nam credidisse villicis vel etiā vinitori socordis est: cum qđ lōge fit facilius adhuc perpaucissimis agricolis cōtigerit: vt nigri vini stirpe careant. Cice. Pergraue mihi visum est. Et si addaſ q̄ significat maxime: vt Perq̄ bonus: id est optimus: perq̄ magnus: id est maximus. Jūgit etiā superlatiuo. Curtꝰ: Perq̄ maximo potest exercitu cōparato. Aliquādo significat nimis vehementer: ⁊ in bonā ⁊ in malā partem: vt Pertinax/qui nimis tenax est/durus ⁊ inexorabilis. De quo infra. Componitur autē cum dictiōe incipiente ab a: vt perago. b. vt perbibo. c. vt percurro. d. vt perduco. e. vt pereo. f. vt perfero. g. vt pergratus. h. vt perhibeo. i. vt piurus. l. vt perlego. m. vt permitto. n. vt pernocto. o. vt peroro. p. vt perpendo. q. vt perquiro. r. vt pergo: ex per/⁊ rego cōponit: vnde ⁊ ꝓteritū perrexi facit. s. vt persuadeo. t. vt pertinax. u. vt peruerto.

Pera/pellis a collo ad lūbos pendens: a quo pera sacculi genus. Vnde perā viatoriā vocam⁹ q̄ panē ⁊ alia qđ obsonū gestare viatores solent: quēadmodū pocula viatorū quo vinū. Eius dimi. est perula.

Perea cū diph. vltera: indeę pe: qz vt inqt Stra. Regio quę trans euphratē est/perea noiatur.

Perago is. pegi. coz. peregi peractū/pficio. Gene. Sia inchoar/nihil peragit. Interdū perduco. Plau. Nauem peregit in portū. Apul. Et multas noctes/pegi insomnes. Interdū pertracto. Virgil. li. vj. Omnia percepi atq; animo mecū ante peregi. Interdū pertrabo vl' pertrahere facio: vt Hic me ad carceres ad mortem vsq; peregit. A pago fit pactio q̄ est pfectio. Lice. Senecꝰ pactio gratis est. Peragere reū significat cōdēnare: sed facere reū est accusare. vñ ait iureconsulꝰ. Peregisse reū/nō aīs qs videt nisi ⁊ cōdēnauerit. Pli. Dum peragitur reus.

Peragro as penulē. corre. er per ⁊ agro cōponit: iuxta prępositionis ⁊ agri significationē debet significare per agrū siue per agros ambulo. Sed quia qđ peragratur exprimitur: ⁊ pro actiuo ipsius verbi ponit: agri significatio remouet: ⁊ pro ambulo siue inquirendo circuneo sumit. Lice. lib. iij. offi. Et ob eā causam vbe relicta rura peragrantes: sepe soli sumus. Hiero. Eandem oram italię quę quondā magna grecia dicebatur laboriosissime peragrauit. Hic perigrinus peregrinor ⁊ peregre dicuntur.

Peranno as. significat per integrū annum tempus viuo. Componitur enim ex per ⁊ anno as. Macro. li. j. Satur. scribit priscos Romanos mense Martio ⁊ publice ⁊ priuatim ad annam perannāq; sacrificatum ire solitos: vt annnare perannareq; cōmode liceret: hoc est vitā degere incolumē per annū integrum. Sue. in Vesp. Ideoq; puella nata non perannauit. Perēno vo p e significat diu viuo ⁊ duro: de q̄ infra.

Perbibo. pe. coz. pfecte bibo. Lac. li. ij. Infecti sunt persuasiōe ac penie eoz mētes succū stulticię pbiberūt: sed hoc per metaphorā.

Per causā siue pspeciē/significat p simulatā cām. Liui. li. iiij. Et cū appropinquaret ianuę rex p cām aliquā in angustijs substineret a tergo agmen. Ide: Di postq̄ aliq̄d moneret colloquēdo cū Annibale rati nocte p speciē venādi vbe egressi ad eū proficiscūtur.

Percello is. culi. culsum/significat euerto/percutio. Var. Alius tenerā abiete solus pcellit. Aliq̄n dissero. Lucil. Ad nonū hoc percellit annū.

Percipio is. pe. coz. pfecte capio. Aliq̄n ponit ꝓintelligo/sentio: a quo Perceptio.

Percitus penul. corre. nimis incitatus qui ira ac furore accensus. est.

Percoarcto as. er p ⁊ cō ⁊ arcto abiecta n. arcto vo frequētatiuū ab arceo fit ⁊ significat pfecte cogo siue cōstringo. Col. li. ij. de ęno loquēs. Tūc demū inqt cōuertemur ⁊ vtrūq; siccatū percoarctabimus in strigam: atq; ita manipulos vinciemus.

Percolo pe. coz. pfecte colo. i. amo siue veneror. Plau. in tri. Fecerī partius ceterę sactꝰ pfem tuū si pcoles.

Percontor per o ⁊ sine c ante t in contro dicit quo nautę vtuntur ad loca nauibus opportuna. Nam aque altitudinē conto pertētant. Iuue. Esse aliquos manes ⁊ subterranea regna. Et cōtū ⁊ stygio ranas in gurgite nigras. Atq; vna transire vadū tot milia cymba.

Percunctor: ris per u ⁊ cante ⁊ fit a cunctus a.um. ꝙ s cunctis perquiratur ꝙ is qui curiosus est per cūcta interroget. ⁊ vtrūq; significat diligenter interrogo. Plau. Quid istuc in mente est tibi ex me: mi vir p/cunctarier: id est morari querendo siue per cuncta inquirere. Pli. Percunctātiq; quāti licitaretur opera effecta: paruū nescio quid dixerat. Est etiā percuncta/ri/expectare. Tere. in phor. Percunctatū ibi ad portum quoad se recipiat.

Percurro/valde curro siue currēdo perseuero. Plau. in Sti. Percucurri vt nunciarez nunciū exoptabile. Teren. in an. Cōtinuo ad te properās percurro. Vo na. Vide quantū ꝓperans ⁊ percurro vt continuationem cursus ostenderet. Quādoq; percurrere est ꝙ aliquē locū currere siue discurrere. Aug. per translationem. Vt quid opus est mīta percurrere: ⁊ multa vana beresum enumerare. Quādoq; est negligenter ⁊ cursim pertransire. Lice. lib. ij. de ora. Et multo aptius ad intelligendū si sic construē aliquando ac non ista breuitate percurritur.

Percuro as. pe. pro. perfecte sano. Curtius: Percurato vulnere acrius obsidioni institit.

Percussus participiū a percello sepius ad animū refertur. Greg. Ana mulieris voce percussus dum mori timuit vitā negauit. pcussus ad corpus sit a percutio.

Percudo is penul. prod. perfecte cudo ⁊ quasi frango. Col. li. ix. Animaduertat auiarius an pulli rostellis oua percuderint.

Percutio is pe. cor. percussi percussum: ex p ⁊ quatio q in c mutata ⁊ abiecta a significat ferio: Cui⁹ cōpositū est Repcutio. Ambro. li. j. offi. Cum maledicereture nō remaledixit: cum pcutere nō repcussit.

Perdo perdis perdidi perditum ex per ⁊ do/significat amitto: quasi nimis do. Qui autem nimis dat quicquid habebat amittit. Hiero. lib. j. Regū. Et de asinis quas perdidisti/ne sollicitus sis: quia inuēte sunt. Et pdere est perimere: quoniā que amittuntur quasi mortua nobis esse videntur. Teren. Dij te perdant. Huius cōposita sunt: Deperdo: qđ est in totū pdo. Caius scribit deperditum dici quod in natura rez esse desijt. Diminutum qđ vsu raptū est. Disperdo consumo vel varie pdo. Plau. in Tri. Preterea aliquantum animi causa in delitijs pdidit.

Perduo veteres dixerunt ꝓ pdo: a q̄ perduxo: Plau. Dij te deq; omnes pduxint cū isthoc hoie.

Perditus a.um. amissus. Et pditus qui ita alicui perturbationi aut vitio subiacet: vt inde se eximere non possit: ⁊ qui omni vitio cōtaminatus est ita vt de eo nulla spes habenda sit/pditus dicitur. Perditū enim dicunt qđ interijt ac recupari non pōt. Lice. lib. ij. offi. Dum boies pditi hastā illā cruentā ⁊ meminerint et sperabunt. Perditū pdamus plus significat q̄ pdamus solū. Est enim exaggeratio quedam Ciceronis. Teren. Me puerū perditū pdamus: hoc est ne ex infelicissimo infeliciorē faciamus.

Perdite amare/est vehementer amare.

Perdix/auis nota a pdendo dicta. Nam vt Ambros⁹ Ireneo scribit. Hec auis dicitur esse plena fraudis ⁊ fallacie: que decipienti viatorīs vias callcat atq; artes nouerit vt eū a pullis auertat suis. Certe si insiste re aduertit: tas diu illudit q̄ diu soboli fugiēdi signū tribuat ⁊ potestatē: quā vbi euasisse senserit/tunc se ⁊ ipsa subtrahit: ⁊ lubrica arte deceptū insidiantē relinquit. De hac Hiero. ad presidiū. Perdix aliena oua calefacit furatis suis. Sz cum creuerint in nido/pulli euolant ⁊ ad parētes suos redeunt: mentitū parentem omittentes: perdices sibi insidiantur. Et si affe/rant illos ad syluā q̄ eos habent vocem emittunt absconsi: ⁊ sic ceteri veniunt ⁊ retibus capiuntur: plus pedibus q̄ pennis fugiunt aucupantes. Et si ad hoc fuerint vt capiātur: sibi simile colore lapididem quaerunt: ⁊ ibi se supinos ponunt.

Perdius ex p ⁊ dius qđ est dies: ⁊ is dicitur qui p diem vigilat sicut pernox: qui p noctē vigilat. Sel. lib. ij. Stare solitus socrates dicitur: pertinaci statu pdius atq; pnox a summo lucis ortu ad solem alterū oriētē inconniuens: immobilis: hisdemq; in vestigijs et ore atq; oculis in eundem locū directis cogitabūd⁹ tā q̄ quodā secessu mētis atq; animi facto a corpore: id est per diem ⁊ per noctē. Sene. Id perdius pnoxq; agebat. Sic interdius intra diem vel per diem: quia nulla vigilationis ꝓpria significatio inest. Dius autem ꝙ die ponit in cōpositione: ⁊ nomē est ⁊ nōiatiui casus: sicut noctu pro nocte. Plau. in Mer. Neq; conquiescā vsq; noctu: neq; diu prius ꝓfecto q̄ aut amicam/aut mortē inuestigauero.

Perdono as. significat remitto. Aug. in interpatione Pſ. Expectās: Recedis a pctis pdonabit pctā.

Perduellis hostis dr. Plau. in am. Perduelles penetrant se in fugā ibi nostris animo additus est.

Perduelli crimen lese maiestatis/aut reipublicę: seu is qui ita lesit. Lice. lib. ij. offi. Nam pirata non est ex pduellionū numero diffinite: sed cōmunis hostis omnium. Vlpi. pro crimine sumpsit. Qui perduellionis reus est: hostili animo aduersus rempublicā vl principem animatus est. Antiqui perduellē dicebāt quē nunc dicunt hostem: ⁊ tūc hostis significabat perigrinum qui suis legibus vteretur.

Perduco ad finem vsq; duco. Cice. in Cato. D. quidē val. comunū accepimus ad centesimū annū vitā pduxisse. Aliquādo pducere est ꝙ vim ducere. Inde pductores a Lice. in Ver. dicti sunt qui vt Asco. inquit in hoc differūt a lenonibus q̄ lenones sunt scortorū pductores etiā inuitarū psonarū.

Peredo pes. cor. ex p ⁊ edo es/vehementer edo: a quo peredia ę. ipsa comestio.

Peregre pe. core. significat peregrinando. Et est commune tam significātibus quietē q̄ motū: vt peregre sum: prregre veni: peregre vado. Aug. lib. ix. cō. Frater autem meus quiddā locutus ꝙ eam nō peregre: sed in patriā defungi felicius optaret. i. in peregrinatione. A loco: vt apud Plau. in am. Ita pegre veniens hospitio publicitus accipiar.

Peregrinus aduena ⁊ aliena loca peragrans: a pagro peragras. Et differt ab hospite ꝙ peregrinus simpliciter eū significat qui in sua ciuitate non est. Hospes qui in aliena ciuitate est. Antiqui tamen peregrinos dicebāt hostes. Ambro. Aduersarios molli veteres appellantiōe noiabāt. Hostes enim antiquo ritu peregrini dicebanē. Peregrina sacra dicta sunt q̄ ex alijs vsibus religionis gratia sunt aduecta.

Perigrinor: peñ. pro. depo. absolutū significat per alienа loca peragrans ꝓficiscor.

Perendie/significat quod vulgo dicit post cras. Lice. ad Atticum: Scies igitur cras ad summū perendie. Hiero. ad Pam. Vt qō hodie non merui cras vl perendie merear. Unde perendinus dies ab hinc tertius. Cesar: Qui si ꝙ te liceat perēdino die cum proximis hibernis coniuncti cōmunē cum reliquis casum belli sustineat. Hinc Comperendino as.

Perennis ⁊ hoc perēne sine h: ex per ⁊ annus mutatis litteris: quasi per annos durans: id est ppetuus. Inde fit peranno as.

Perenno as. p annos duro. Col. li. j. Sed ⁊ tempet vires clemētia cū ⁊ terribilis: debet ec q̄ seuior vt obsequanē ei⁹ impūs ⁊ diuti⁹ perēnent boues nō pfecti vexatione simul verberū operūq;. Idē lib. iij. Rosa hoc modo culta multis annis perennat.

Perennitas/ipsa duratio. Idem. Nam ea celi positio maxime frigida ⁊ minime humida est q̄ vtraq; per-

gitatem conditis frumentis afferunt.

Pereo is.periui vel peri peritū ꝑm analogiā. Componitur enim ex per ⁊ eo quod facit ictū. Sed nusq̄ legi cum tamen perituros habeatur. Augu. super Jo. Tanq̄ essent ab illo perituri merito turbant: ⁊ significat perire amitti. Piero. in lib. Regū. Perierāt autem asine Cis patris Saul. Quādoq̄ absumere bucar via. Teren. in adel. Nempe tua arte viginti minę pro psaltria periere. Unde ⁊ pro morti sumit: quasi in totum ire: ꝙ qui perit/prorsus abit. Pli. lib. vij. Tu qui te deū credis aliquo successu tumes tanti tū perire potuisti? At qui etiam hodie minoris potes/quantulo serpentis ictus dente: aut etiam vt Anacreon poeta acino vuę passę: vt Fabius senator prętor in lactis haustu vno pilo strangulatus. Huius cōpositā sunt: Depereo ⁊ dispereo.

Perfrico perfricas penul. corre. valde frico. Perfricare vō os seu frontem/significat pudorem deponere. Nam cum in pudibundo sanguis diffundatur ex corde in faciē tanq̄ velamentū: qui impudibundi ⁊ sunt inuericundi ⁊ erubescere videri nolunt: hi solent os ⁊ frontem perfricare ad ruborem illū digerendum et sanguinē ad interiora repellendū. Hinc facta est locutio prouerbialis de inuerecūdo: vt dicatur: Perfricuit os/perfricuit faciem/perfricuit frontem: ꝓ eo ꝙ est/pudorem abiecit. Cice. lib. iij. Tusc. Quid tergiuersamur: nec fatemur eam nos dicere voluptatē quā tu idem cum os perfricuisti soles dicere. Plini° Perfricui faciem nec tamen profeci. War. Et si perfricui frōtem posuiq̄ pudorem.

Perfero pe. cor. vsq̄ ad constitutū finē fero. Cice. Sed nunci° ille q̄ litteras accepit nō pertulit. Alibi ꝓ denunciare posuit: vt in epistola ad Celliū. In his sum locis quo ⁊ propter longinquitatē ⁊ propter latrocinia tardissime omnia perferuntur: id est portātur vel denunciantur. Aliquando patior: vt Diram crucem pro nobis christus pertulit.

Perfidus pe. cor. qui fidē violat siue perdit. Virgi. lib. v. Nunc pelagi nymphę classis tua perfidus: vt nos Precipites ferro rutulus flāmisq̄ premebat. Hinc Perfidia ⁊ perfidiose. Cice. lib. j. ad Veren. In odiū adducemus si quid eorū spurce ⁊ superbe/ perfidiose/crudeliter/confidenter/maliciose/flagitiose profecerimus. Inuenitur etiā pfidus pe. pro. a fido is. ꝓ eo cui multū fidendū est: sicut inuidus cui nō est fidēdū.

Perfructus a perfruor. Cice. ad Horten. Et amenitate loci perfructus est.

Perfuga pe. cor. qui ad hostes perfugit vel trāsfugiendi morem perfecte nouit. Cice. lib. iij. offi. Perfuga ab eo venit in castra Fabricij.

Perfugiū/locus vtilissimus quo nos in vexatione/ aut calamitate recipere contendimus: Fuit id non min° apud homines sit. Apul. Perfugiū facinorosoꝝ hominum. Liui. lib. ij. Itaq̄ in medio prope iam victores cesi ⁊ usti pars perexigua duce amisso: quia nullū propius perfugiū erat Romā inermes ⁊ fortuna et spe supplicum delati sunt. Transfertur etiā ad alia: vt ad litteras. Cice. Itaq̄ vtor eodē perfugio quo tibi vtendū censeo literulis nostris.

Perfunctorius a. um. a perfungor/significat qō cito et leuiter transit. Ambro. libro de paradi. Cognoscere vtiq̄ non sola ⁊ percunctoria scientia est: sed in eorū operatione/quę oporteat fieri. Hinc perfunctorie qō est transitorie ⁊ inaniter. Idē lib. Hexa. De naribus quid loquar: quę diuio ⁊ procero foramine antrū qō dam recipiēdis odoribus prestant vt non perfuncto rie odor transeat: sed diutius inhęreat naribus ⁊ earum ductu cerebrum sensusq̄ depascat.

Perga/oppidum in pāphilia: a qua diana pergea dicta est propter templū illi dicatū.

Pergamum siue pergamus/ciuitas asię insignis q̄ diu sub attalicis regibus fortunata fuit: ⁊ postea romanorum prouincia facta est. Apud quam chartę vsus inuentus est/ quę nunc quoq̄ vulgo pergamena dicitur ab attalo: vt Uelian°: vel ab Eumene: vt Plinius. Ex pergamo Galenus medicus celebris ⁊ appolodorus orator fuit qui artes conscripsit ⁊ appolodoriam sectam introduxit: ⁊ Augusti Cęsaris magister fuit. Et discipulum memoratu dignissimum Dionysium ciuem suum cognomine Articum qui sermones ⁊ historias conscripsit/edocuit. Est ⁊ pergamus ide promontorium.

Pergama pergamorum/arces troiane: quę quoniā altissimę erāt: omnia alta edificia pergama sunt appellata. Unde non imerito vbs Cisalpinę gallię ex qua ortū duxit/pergamum dici posset/ꝙ in edito loco sita sit. Sed plinij auctoritas nō paruipēdenda fuit: qui bergomon per b ⁊ o scribit et eius incolas bergomates appellat.

Pergo pgis perrexi: er p ⁊ rego/significat vado. Pli. Vor vbi pluribus eodem modo se corūs loricauit in dimicationē pergit. Quādoq̄ prosequor/perseuero siue procedo. Teren. in Adel. Nam si molestus esse pergis. Virgili. O dea si prima repetens ab ordine pergam. Quandoq̄ Ago. Idē: Pergite pierides. Quādoq̄ Festino. Terē. in phor. Domū ire pgam vbi plurimū est. Quādoq̄ Conor. Idē in eadē Hoc vbi ego audiui ad fores suspenso gradu placide ire perrexi. Hinc componitur expergo/quod significat expgefacio. Actius: Deus vigiles pro parte expgite pectora tarda sopore. Sipontinus componi putat ex per ⁊ ago: sed vt opinor fallitur: tum quia preteritū perrexi, facit ꝑm analogiam simplicis rego nō peregi: quod est a perago: tum quia perago compositum habetur ab ago.

Pergreco aris. epulis ⁊ potationibus inseruio: qō est grecorum proprium. Titi. Hominem impium nunc ruri pergrecatur.

Pergula/locus apertus a multis lateribus aerem excipiens: aliquādo extra parietem porrect° ⁊ modo tectus modo sub dio expositus a pergendo dicta ꝙ in ea deambulare soleamus/forūq̄ aut hortū aut plateas aut vias perspectare: ⁊ quādoq̄ cenare in pergulis pręceptores discipulos erudiebāt: aliq̄ artifices opera sua velut in propatulo habebāt. Unde Sue. de grassicio grammatico. Deinde in pergula docuit. Pliñ. de Appelle. Idem perfecta opera ꝓponebat in pergula transeuntib° atq̄ post ipsam tabulā latēs vitia quę notarentur auscultabat. Est ⁊ pergula ordo ac cetus ministrorū obedientium structori. Iuue. Sed nec structor erit cui cedere debeat omnis pergula: id est pergentinus ordo. Item in naui pergula dicitur excursus per totā nauim: ⁊ alio noie ponticul° appellatur. In vineis vō topiarius opus significat. Col. Si quę pergulę vitiū generosaq̄ a putatoribus relictę sunt ante calendas Aprilis vtiq̄ deputari debent. Pliñ. etiā vitiū generosarū pergulas pręcepit. quinquatribus esse putandas.

Perhibeo es. penul. corre. ex per ⁊ habeo/significat de co ⁊ firme teneo. Col. lib. iij. India perhibetur molibus ferarū mirabilis. Interdum perhibere est dare. Idem in eodem: Eius rei testimoniū tu ꝓcipue Syluine perhibere nobis potes. Quādoq̄ pretiū denotat eo modo quo vendo. Plau. in persa. Eodem mihi pretio sal perhibetur quo tibi.

Peri ꝓpositio greca/ modo significat de/modo vltra/modo circū: a qua multa per cōpositionē fiunt.

Periarchon significat de principibus siue principalibus. περι eius significat de: αρχων principibus: licet sit gti casus: quia greci carēt ablatiuo. Scripsit Origenes

libꝫ periarchon.inquit Hiero. Qui sunt re vera alꝫ obscurissimi ⁊ difficilimi. De rebus ibi talibꝫ disputat in quibus philosophi omni sua ætate consumpta nihil inuenire potuerunt.

Peribolus pe.col.latine circuitus. Dicitur ⁊ peribolꝫ a περιβαλλω circũeo.

Pericope pe.cor.amputatio/concisio dicit. Hiero. ad pama. Aut si tu quoꝫ narẽ contraxeris illã ap ostoli περικοπὴν.i.amputationẽ in qua de virginitate et nuptijs disputata liter disserere cõpelleris.

Pericles/nomẽ viri clarissimi athenien'is q̃ rempublicã.xl.annis gubernauit ex περι ⁊ κλεος gloria.

Periclymenes/nomẽ filij Herei ⁊ fratris Nestoris.

Periculũ a pereo deduci videt ⁊ salutis discrimẽ signi ficat. Virg. Obscenãq; famẽ q̃ prima pericula vito. Aliqñ dicit experimẽtũ: qr rarũ est tentamentũ sine periculo. Ter.in Eu. Fac periculũ in litteris. Et sic a perio: antiquo verbo ꝑm Ser. deriuat: sicut a fero ferculũ. Hinc periculosus sa.um.qõ est cũ periculo. Cice.li.j.offi. Grauioribus aũt morbis periculosas curationes ⁊ ancipites habere coguntur.

Periculor/periculũ subeo. Cato: Periculatus sum.

Periclitor pe.cor.idẽ qõ periculor: vt periclitor fama/capite:hoc est periculũ iubeo ista perdendi. Dicitur etiã Periclito siti:qr in periculo positus sum moriẽdi propter sitim. Periclitari etiaꝫ significat ꝑiculi. Cice.li.j.de ora. Subeundus vsus omniũ ⁊ periclitandę vires ingenij. Plancus: Itaq; potius periclitari volui si posset mea ꝓsentia ⁊ lepidũ tueri ⁊ exercitũ facere meliorẽ q̃ nimis cautus videri.

Perihermenias/latine or de interꝓtatione.

Perihegesis/ambitus. Pli. Possidonio/q̃ periplum/aut perihegesim.i.de terrę ambitu.

Perimetros/latine immensus:quasi vltra mensuram.

Perihodus/latine clausula siue circuitus vel ambitus vel cõprehensio vel circũscriptio ⁊ cõtinuatio. Mõnunq; anfractus ⁊ terminus. Nam cõponit ex περι circũ ⁊ ὁδος via. Est eñ vbi plena sentẽtia est. Unde medici periodicas febres vocant quę certis tẽporibus veniunt.i.abeunt: ⁊ quodã quasi circuitu facto rursus redeunt: vt sunt tertianę ⁊ quartanę. Est et perihodus genus certaminis apud grecos. Vide in dictione pentathli.

Periecus/latine cõtubernalis dicit.

Peripatetici philosophi dicti sunt a περιπατέω: hoc est a deambulando. Et περίπατος greci vocãt ambulationẽ:horũ princeps fuit Aristoteles. Nam in liceo inambulans docebat. Hinc cõmẽtatiões vespertinas. Arist. λειλον περίπατον:id est postmeridianã ambulationem appellat.

Periphrasis/latine circũlocutio vel circuitio: vt apud Virgil. Et iam prima nouo surgebat ⁊. cum diẽ tñ significet. Est enim oratio rem simplicem circumscribens elocutione.

Peripheria /circũferentia.

Peripetasma atis.gen° cortinę qua parietes ⁊ aulę teguntur seu tapetia babylonici floris varietate cõspicua:quę a Lucretio babylonica dicunt ab alijs aulea ⁊ atalica: A Capitolino stromata ⁊ peristromata. A Varrõe beluata:hoc ẽ a beluis variegata. A Plauto peristromata.

Peristroma pe.pro.quasi circũstratũ:idem qõ peripetasma. Plau.in pseu. Itaq; ego vestra latera lotis faciam vt valide varia sint:vt ne peristromata eque picta sint campanica. Cice.li.ij.phil. Cõchyliatis. Cñ. Põpo.peristromatis versicoloribus persimiles eẽ seruoꝝ in cellis lectos stratos videres.

Peripsema atis.pe.pro.qõ greci περιψημα scribunt a περιψαω qõ est circũeo vel circũlimo abstergo ⁊ repurgo. Unde limatura siue raſura ⁊ purgamentũ dici põt. Uñ apud apostolũ: Tanq; purgamẽta huius mũdi facti sumus omniũ peripsema vsq; adhuc.

Periplũ.i.lustratũ nauigatione circuitũ.

Peripheroma quasi supplementũ. Figura est cũ particula aliqua sentẽtię minime necessaria additur metro. Virgi. Wultũ ille ⁊ terris iactatus ⁊ alto: vbi si ne particula ille staret sensus/sed non versus.

Periphoretos/quasi circũlatilis/quales appellari solent qui in lectica circũferri cõsueuerũt.

Pharos olim insula egypti oblonga paruaq; cōtra nili ostia: nunc continenti cōiuncta que portuꝝ alexandrię efficiebat: sic appellata a nauclero Menelai ibi sepulto: cum fuisset ibi ab aspide interemptus. Luc. Pharos insula quondam: In medio steterit illa mari. In ea turris ingens in petra posita que mari circūluitur: albo lapide octingentis talentis a philadelpho Ptolomeo rege Sostrati Gnidi architecti Alexandrinorum amici opera posita fuit ob salutem nauigantiū: que nomen ab insula accepit. Scribit Solinꝰ ab hac pharos turri pharo vocari machinas in portubus ad prælucendi ministeriū fabricata quoniā ex hac pharo Alexandrina dirigebantur nocturnis facibus accensis. Papi. Lumina noctiuage tollit pharus emula lunę. Scribit Egesippus lib. iij. a grecis latinisq; pharon appellari ex ipsius rei vsu: eo ꝙ longe videat a nauigantibus tanq; phanos qđ significat lucidum imutata littera pharos dicatur. In hoc Alexāder nouam vrbem condere statuit: sed cum magne sedis capax non esset ex illius aduerso cōdidit Alexandriam. Hinc Pharius a um.

Phariseus nomen secte Judeorum religiose: erant enī apud iudeos tres secte: Phariseorum: saduceorum ⁊ essenoꝝ. A phariseus fit pharisaicus a um. Hieronymus contra Vigilium. Quasi sepulchra pharisaica foris dealbata.

Pharsalici: campi thessalię in quibus ciuiliū bellorum deconuerūt ꝓcelle: a pharsallo oppido appellati: qō sitū est in ripa fluminis Oenipei a quo pharsali dicti sunt qui pharsaliā ꝓuinciā dicāt a pharsalo duce q̄ primo emathia ab emathio. postea Thessalia a thessalo: deinde a Macedone macedonia. Postremo a Philippo rege campi philippici.

Pharnax acis: penul. cor. nomē ꝓprium Mithridatis filiū. Luc. Me pharnacis arma relinquas Tigranēq; meū. Vica Cęsare: vt L. Florus scribit vno ⁊ nō toto prælio more finminis obtritus est.

Pharetra penul. cor. vbi sagitte reponunt a φέρω καὶ θραι μα. Et qui eā ferūt pharetrati dicunt.

Pharusii: populi in africa versus oceanū occidentalē.

Phase hebraice: latine trānitus dicit: q; tunc ex ęgypto in patriā remigrauere iudei.

Phasse: p duplex ss. a grecis palumbi dicunt.

Phaseolus phasilus siue phaselus seu etiam phaseolus vel phasilus genus leguminis. Col. li. ii. Ab hoc recte phaselus terrę mādabit vel in veterano vel melius pingui ⁊ restibili agro. Idem Phaseoli modū quattuor obruūtur totidē operis.

Phaselus. Vide in dictione Faselus.

Phasma atis: latine apparitio monstrū visio dicit.

Phasis is vel idis. Colchorum pregrandis fluuius de quo Luc. Colchor rura facit ditissima phasis. Vic vt Ambro. lib. Hexa. scribit de septentrionali parte caucasęis mōtibus fusus cū pluribꝰ aliis in euxinū se ꝓcipitat mare. Plī. lib. vj. Nauigat phasis q̄libet magnis nauigūs. cxxviij. M. d. p. Inde minoribus longo spacio pontibus centū viginti peruius. Græce etiā phasis: latine fama dicitur.

Phasiani: aues note a phasi fluuio ad nos traducti ab argonautis. Māq; ex ea regione in græciā transportate sunt. Var. Argoa primū sum transportata carina. Ante mihi notū nil nisi phasis erat. In hāc auem Itim Terei filiū mutatū Mythici fabulantur.

Phasianarius qui phasianos pascit. Paul. Jurecon. Phasianarij aūt ⁊ pastores anserū nō ꝓtinent.

Phedo n athenięnsis in cōuiuio a triginta athenięnsiū tyrannus necatus fuit. Huius filię virgines erāt quę vt virginitatē seruarēt more inuicem se complexę in puteū se ꝓcipitauerūt. Fuit ⁊ alius hoc noie philosophus Elidensis Socratis auditor ingenio liberali Qui vt quidā scripserūt seruiuit lenoni perinde quasi meritorius puer: questuariūq; mancipiū eū Cebes socraticus emisse dicitur: habuisseq; in philosophus disciplinis atq; is postea philosophus illustris fuit. Cuius nomini Plato libū de imortalitate aię dedit ⁊ alio noie phedon inscribitur.

Phegor lingua hebrea Priapus appellatur: vt inquit Hiero. contra Iouianum.

Pheneum: opidum in arcadia. Pheneus vero amnis in alpheum defluens.

Phere vt ait Stra. Pelasgicorū camporum terminus ad Magnesiam qui vsq; ad peliū montē porriguntꝫ Emporium phere habent pagasas: quo ex loco Pelios Iasonem ac nauem argo emisit. Unde Pagaseus ⁊ phereus appellatus fuit. Fuit tamen alius Iason phereus tyrānus. Sed de thessalo Iasone intellexit. Cice. lib. j. offi. cum dixit Phereum Iasonem ceteris anteponunt.

Pherecides penul. cor. philosophus ⁊ poeta tragicus ex Syro insula. Floruit regnāte Seruio Tullo apō romanos: vt Cice. lib. j. Tusc. refert. Hic primus dixit animos hominū esse sempiternos. Primus scripsit soluta oratione: vt Apul. in floridis auctor est: re pudiato versū nexu: quē Pythagoras magistrum coluit. Perūt pthiriasi: hoc ē pediculari morbo. De quo Sere. Sed quis nō paueat pherecydis fata tragedi Qui nimio sudore fluēs dialis tetra eduxit Turpi miserum quę morte tulerunt.

Pheretrum. Vide in dictione Feretrum.

Phiala penul. cor. rep. vas vini vel aquę plerūq; ex auro cōflatum. Omnia em vini vel aquę vasa phiale dici possunt. Unde Iuue. Aurea vocat phialas dicēs. Virro tenet phialas: tibi non cōmittitur auru: hoc est vasa aurea quę Virroni commendata sunt. Græci ἀπο του πιειν πεισφ id est a bibendo.

Phidias statuarius clarissimus qui Minerue statuam egregie fabricauit amplitudine cubitor. xxvj. q̄ ebore ⁊ auro constabat. In cuius scuto Amaçonum prelium celauit ⁊ deorum gigantiūq; dimicationem In soleis lapitharum ⁊ centaurorum. A Plinio dictus est artifex nunq; satis laudatus. De quo Quintil. li. xij. phidias düs q̄ hominibus efficiēdis melior. In ebore vo longe citra emulum vel si nihil nisi minerua Athenis: aut olympiū in helide Iouem fecisset. Hinc phidiacus a um: penul. cor. Prop. Phidiacꝰ signo se Iupiter ornat eburno.

Phidicia cenationes lacedemoniū seu cōuiuia nominabant siue q̄ philias. i. amicitie causa instituta sint: siue potius a parsimonia φειδωμαι enim significat parco ⁊ abstineo φειδω parcitas ⁊ parsimonia. φειδωλοσ parcus. Unde ⁊ phidicia conuiuia de parca ⁊ frugi. Cicero libro Tus. Quid victus lacedemoniorum in phidiciis nōne videamus? Conueniebant enim ad phidicia conferentes singuli farinę modium vini choros octo casei quinq; minas: ficum quinq; semis minas.

Philos latine amor siue amicus. Philetus amabilis.

Philanthropos penul. pro. latine humanus. i. amans homines. Quo nomie dictū est lapę genus qō vestibus hominū adherens eos amare videtur. Philantropia humanitas. i. amor erga homines.

Philandros: amans virum.

Philadelphus: amator fratris. Philadelphia fraternitas amor fratris. Et philadelphia nomen ciuitatis in mysia regione asię terremotibus concussa cuius incole in agris magna ex parte degebant. In hac fuit vna ex septem ecclesiis. Supra philadelphiam orientem versus exusta regio patet stadiis longa quingentis: quadringētis lata: vbi nulle arbores ꝓter vitē inueniūtur quę exustum vinum fert ita elegās vt nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta est: montana petrosa et nigra. Quidam ex crebro fulminum ictu id contigisse arbitrantur: nec dubitant quę de Typhone dicuntur hoc in loco fabulari. Sed credibilius est subterraneum ignem qui postea defecerit regionem exussisse.

Phalaretus: ꝓpriū nomen viri: ⁊ latine amator virtutis dicit. Græce em ἀρετη virtus dicitur.

Philargyria ex argyrion quod apud nos argentum significat componitur ⁊ auiditas argenti siue auaritia transfertur.

Philalethes veri amator latine dicitur.

Philocalus dici pōt amor boni vel mūdus politus elegās Philocalia amor pulchritudinis.

Philomela nomen mulieris pandionis filię athenięnsis regis ⁊ sororis prognes quę cū a Tereo compressa fuisset tandē vt est in fabulis deorum miseratione in auem sui nois conuersa fuit: quę ⁊ Luscinia dicitur. Nec cessat deflere cantu dulcissimo iniuriam quā passa est: ⁊ interpretatur amabilis.

Philoxcium femine proprium per amatoriam adulationem dictum.

Philo philosophus hebreus qui de sapientia libū scripsisse dicitur: fuit ⁊ alius philobiblius: vt Eusebius li. euange. preparationis testatur hos Porphirius lib. iiij. magnis laudibus decorauit.

Philosophia amor et affectatio sapientie:sophia sapiē/tia dicitur. Hec scientia diuiditur in tres partes:in mo/ralem:in naturalem ⁊ rationalē. Prima cōponit ani/mū. Secunda rerum naturam scrutatur. Tertia pro/prietates verborū exigit ⁊ structuram. Horatius gre/ce ethica dicit. De qua Seneca Philosophia animū formar ⁊ fabricat: vitam disponit:actiones regit:agē/da ⁊ omittenda demonstrat. Sine hac nemo securus est. Hec amplissima artium dicitur. Apul. disciplinā regalem appellat:tam ad benedicendum q̄ ad bene viuendum repertā. A philosophia fit philosophus amator sapientie. Philosophicus a um. Philoso/phaster:philosophorum imitator. Philosophor aris Cice. lib. j. de natura deor. Et cum minimi videba/mur:tū maxime philosophamur.

Philesius:cognomē Apollinis. Grece φιλησιον ama/bilem dicunt:quia lumen eius exoriens amabili vene/ratione oculo:ū consaluramus.

Philippus:nomen viri proprium ⁊ latine equorū amā/tor bellicosus dicitur. Quo nomine dictus est Alexā/dri magni pater:⁊ romanorum imperator qui prim⁹ ex romanis imperatoribus christianus fuisse phibet.

Philippi ciuitas Thracie quam philippus macedonū rex edificauit:⁊ a nomine suo philippos nominauit. Virg. Romanas acies iterū videre philippi. Hinc Philippicus a um:vt Campi philippici. In campis philipicis primo Cesar et Pompeius: Postea Au/gustus et Brutus cum Cassio dimicauerunt. Hinc etiam Philippensis ⁊ hoc philippense:vt Philip/penses ciues et philippense bellum:quod apud phi/lippos gestum est.

Philippei siue philippi sunt aurei numi preciosi quo/rum apud Plautum frequēs mentio est:vt in penu. Hic sunt numerati aurei trecenti numi qui vocantar philippei.

Philosarca:amator carnium. Hiero. Nos simplices ⁊ philosarcas. i. amatores carnium.

Philologus:amator verborum vel studiū.

Philolaus:nomen viri proprium:et latine amor popu/li dicitur.

Philopon⁹:amator laboris. Philoponia amor laboris

Philosomatos:amator corporis σωμα greci dicunt corpus quasi σημα id est anime sepulchrum:tanq̄ ibi sepulta sit.

Philopsychia:cupiditas vite:philopsych⁹ cupid⁹ vite.

Philotimos:honorum cupidus.

Phileterus:amans amicos.

Philoleutheros:amator libertatis.

Phileremus:amicus solitudinis penul. producta

Philocharis:carus amicus.

Philogathus:nomen viri proprium: quo significatur benignitas.

Philocompus:amator iactantie.

Philoctetes tis vel te nomen peantis filij et Hercu/lis comitis:quasi amoris possessor. Proper. Tarda philoctete sanauit crura machaon.

Philomathes:discendi cupidus. Philomathia amor discendi.

Philopolites:amor patrie.

Philostorgus:amic⁹ benivolus necessari⁹. Philostor/gia indulgentia amor parentum.

Philonicus.iurgiosus contentiosus:victorie amator.

Philtra:latine amatoria genus venen amorē ⁊ vt plu/rimū insaniam ingerentis φιλτρον enim apud nos amatorium dicitur. Ouidius lib. ij. de arte. Philtra nocēt animis:vimq̄ furoris habēt. Iuue. Hic thessa/la vendit philtra quibus valeat mentē verare mariti

Philo nomen philosophi academie principis cui se to/tū tradidit Licero vt ipse in Bruto testatur admira/bili quodam philosophiam studio concitatus:cū ille in bello mithridatico domo fugisset romāq̄ venisset.

Philohistoricus:amator historiarum. Hiero. ad pauli. Quātus inter quattuor ,ppheras temporum consci⁹ totius mūdi philohistoricus lapidē precisus de mon/te sine manibus claro sermone ,pnūciat.

Philoxous grece φιλοξουσ nimis cupidus vite.

Philenus vinosus amator vini potator.

Philoxenus hospitalis. Philoxenia hospitalitas.

Philodulus pe.pro.amator seruorum.

Philopes puerarius:pedico:amator puerorū.

Phimosis dicit cum glans mēbri virilis ita tegitur pre putio vt nudari non possit.

Phison nomen fluuij: qō (teste Josepho lib. j.) signifi/cat inūdationem:qui eductus in Indiā in pelago late diffunditur:qō Beta nuncupatur a grecis. Hic cir/cuit omnē terram Euilath:vbi est auruz terrę ibi car/bunculus ⁊ lapis pręciosus.

Phillon per duplex ll. latine folium dicitur vna littera detracta. Hinc penthaphillon: melāphillon plati/phillon ⁊ huiusmodi multa.

Philon per simplex l. significat gentē:genus:nationē.

Philarchus latine princeps gentis.

Philira pe.cor.proprie arbor qua latini Tiliam vocāt: cuius alii dicant esse mēbranaz tenuissimam inter cor/ticem ⁊ lignum tilię. Et hac arbore fiebant corone:q̄ in magno honore apud antiquos fuerunt. Horatius libro. j. car. Displicent nexe phylira corone. Ouidi⁹ libro fas. Ebrius incinctis phylira conuiua capillis. Pli. vero lib. xxiiij. accipit phyliras pro capillamen/tis filisq̄ tenuissimis:phylira inquit croci nimium sa/lem cibis eximunt. Et lib. xiij. Preparantur ex papy/ro charte diuise acu in q̄tenues: sed q̄latissimas phy/liras. Var. lib. de nup. philologie accipit phyliram ,p mēbrana tenuissima. Cuius hec verba sunt. Libri in phylire cortice subnotati.

Phylura idem qō phylira. s. membrana ⁊ tenuissimuz capillamentum.

Phylaca penultima.cor.locus custodie:hoc est carcer. Plau. Illic est abductus recta in phylacā: vt dignus est. Philacista carceris custos.

Phyllis nomen lygurgi thracum regis filie:que demo/phoonta thesei filium ex troiano bello redeuntē ama/uit:⁊ in coniugium suum rogauit. Ille ait ante se or/dinaturum rem suam: ⁊ sic ad eius nuptias reuersu/rum. Profectus itaq̄ cū tardaret phyllis et amoris impatientia ⁊ doloris impulsu q̄ se spretam esse cre/debat:laqueo vitam finiuit: ⁊ conuersa est in arbores Amigdalū sine folijs. Postea reuers⁹ demophoon cognita re eius amplexus est truncum qui velut spon si sentiret aduentum folia emisit. Unde etiam phyl/la sunt dicta a phyllide que ante petalia dicebantur. Est ⁊ phyllis amnis bithynię:a quo phylli phyllien/sesq̄ dicuntur: vt inquit Strabo.

Phima atis:genus tuberculi mollis:furunculo rotun/dioris planioriſq̄:qō in pus cito conuertitur.

Physis latine natura dicit: a quo physicus naturalis: Physica or naturalia vt physica Aristotelis. Ūñ et meraphisica supnaturalis.

Physiologus de naturis disserens. Hiero cōtra Joui. Legamus physiologos ⁊ reperiemus turturis hāc esse naturā: vt si parē pdiderit:alteri nō iungat.

Physionomia nature regula. Nam id verbū significat mores naturasq̄ hominū cōiectione quadam de oris ⁊ vultus ingenio scisciari.

Physeter eris:pe.produ.genus piscis marini admira/bili magnitudie φυσαω spiro vl suffio. Ūñ Ruffus in arato. Delphinos viridesq̄ physeteras anhelosq̄.

Phygethlon vt inquit Cor. Cel. tumor est non altus: latus:durus:rubicundus cum vehementi inflāmatio/ne punctionesq̄ ac mēbrorum distentione:neq̄ mate

ria magnopere in pus conuertitur.

Phyton sine h in secunda pręciū qō capitur ,p re locata vulgus fictum appellat. Inde emphytiosis phiton etiam latine planta Phython cuz th. in vltima signi ficat serpentem.

Phlanates populi sunt:a quibus nomen sinui est indi tum quē modo naute quernariū appellant: Alij car nariū propter naufragia procelloso ferme semp trāsi tu. In recessu eius Senia vbs: cuius a tergo specus sunt: vnde vehementes nulla fere nō hora venti flāt eaq; res infamē sinum eum reddidit. Dicti phlana tes ab oppido phlano: vnde sinus omnis hic phla nonicus vocatur qui a Pola colonia Jaderam vsq; diffunditur.

Phlebotomia:incisio vene quę fit ad sanguinē minuen dum sedandi feruoris gratia φλεψ em latine vena. phlebotomū ferrū quo vena secatur

Phlegmon latine inflāmatio quotiens sanguis vtilis z mediocriter crassus fertur subitus in aliquam co:po ris partem:sed flegma pituita.

Phlegethon fluuius infernalis flāmis estuantibus rapi dus φλεγω ardeo. Virg. Que rapidus flāmis am bit torrētib⁹ amnis Tartareus phlegethō torquetq; sonantia saxa. Hinc phlegetontheus a um.

Phlegma atis:pituita. Inde plegmaticus qui ex phleg mate laborat. Phlegma vt inquit Aug. lib. xj. de ci uita. dei. In capite domicilium habet

Phlema dicitur cum ex labore vie sanguis defluit cir ca talos.

Phlegonitis lapillus q in eo flāma quedam intus ar dere videatur.

Phlegyas Martis filius rex laphitarū in thessalia pa ter Jxionis z Coronidis:a quo phlegię populi thes salię sunt cognominati.

Phlegrei cāpi duo fuere alter in grecia a phlegra thes salię valle: vbi gygantes cum celestibus pugnauere. Vel απο του φλγειν quod ē vere atq; inflāmare qm̄ terra pręliorum concitatrix est: dum ibi gygantū bellum exarsit. Alter in campania prope Cumas:in quo Hercules cum his pręliū cōmisit. De quo Stra bo libro. v. scribit. Fortunatus erat z campus nomi ne phlegreus:in quo non a gigantibus gesta fabulę deuulgāt: Ira dictus a colle qui olim plurimū ignis euomebat:quem Vesuuium scriptores appellāt. Ex hoc Hercules existimatur sicut Diod. meminit gy gantes fugasse.

Phlegmones inflāmationes siue colletiones: quas et impetus nostri vocant.

Phleos herba palustris ad nexus vtilis: ex qua phlo ne vestes ab herodoto etiam dicuntur.

Phlyctena latine pustula:quarū tria sunt genera. Eran themata quę Phly. eruptiones pituite et papulas ap pellat. Psidracion paulo durius est ac subalbidum z acutum. Epinctis que tertium discrimen est.

Phlius untis:est vbs in medio sycionū arginuz agri vbi religiosissime colebatur hebe. Castellum phlium nominat Plinius.

Phoca piscis bos marinus a sono mugitus. Virg. lib. iiij. Et turpes pascit sub gurgite phocas. Hic cozio z pilis tectus parit in terra pecudū more: canuz modo coit. In somno mugit: a quo pręcipue vituli nomen accepit. Fuit et nomen imperatoris Romanorū.

Phocee:oppidum boetię.

Phocea vbs minoris phrygię vt inquit Ptolemeus: atheniensium colonia: vnde profecti sunt qui massi li im apud Gallos non procul a rhodano condidere. Dicta phocea q vituli marini magno numero com paruissent vrbem condentibus. Est et in charia pho cea mōti mycale apposita. Ab hac phocēses: vt a gre corum phocide phocenses. Ab vtraq; phocaicus. Unde muricem phocaicum. Ouidius posuit a pho cea non procul a sardibus.

Phocees populi Jonum:qui primi longis nauibus fm Herodotum vsi sunt.

Phocis parua greco:um regio: vbi oraculum delphi cum. Luca. lib. v. Massalieq; sue donaē libera pho cis. In ea em̄ est oppidum Delphi ex helicone mon te. Fons Castalius z Cephisus amnis z mōs parna sus: in quo Apollinis templum. Hinc phocides et phoceī dicti sunt qui massiliam condiderunt. Hos Varro scribit trilingues esse:q; grece et latine z Gal lice loquantur.

Phocion athenienssis vir clarus:cognomento bonus pauper. Fuit enim semper pauper cum ditissimus es se potuisset propter frequentes ei delatos honores. Hic neq; ridere neq; lachrymare ab vllo nunq; est vi sus. Et in concione cum quis dixisset. Cogitabundus videris o phocion. Recte coniectas. Cogito enim si qua valeo in his breuitate vti quę apud Athenien ses dicturus sum. Huic cum legati philippi Mace donum regis ingentia munera offerrent horta:en tur;q; vt ea acciperet: Cuis enim ipse facile his care ret: liberis tamen eius essent necessaria:quibus diffi cile foret in summa paupertate ad paternā gloriam peruenire. Si mei inquit similes erūt:idem hic agel lus alet illos qui me ad hanc dignitatem perdurit. Si dissimiles nolo meis impensis illorum ali: auge riq; luxuriam.

Phebus Apollo qui Jouis z Latone filius fuit eodes partu cum Diana genitus:que et ipsa phebe vocita ta est:diuinatiōis et sapientie deus a poetis existima tus et medicine repertor. Dictus phebus quasi φω βιος ab φως z βιος id est lux vitę.

Phebas adis: fatiloqua q phebei numinis concepto afflatu fureret z agitarek in baccāthis imaginē. Si donius. Nec sit intortū violate phebados vltrix in danaos fulmen iecit.

Phenix agenoris filius Cadmi frater qui phenicibus imperauit:a quo phenicia:z phenix arbor palma: ex colo:ruber:a quo phenicens a um: vt colo:phenice⁹ quod et phenicium dicitur id est purpureum. Simili ter phenix auis a purpureo pennarum colore dicta: toto orbe celeberrima in arabia nascens:aquile ma gnitudine que annis sexcentis z sexaginta viuere di citur generis tam masculini q; feminini. Piero. in ex positione symboli. Quid mirū videt si virgo conce perit cū orientis auē quē phenicē vocāt in tantū sine cōiuge nasci vel renasci posse: vt semp vna sit: z semp sibi ipsa nascēdo vel renascendo succedat. Jdē ad p̄ si diū. Phenix auis est in India z per quingentos an nos de lybano implet se aromatibus: et sic nidificat z indicat sacerdoti Heliopolitano mense famenoth aut famurth. Implet aram sacerdos sarmentis z ibi confert phenix aromata et electrum are imponit. Et primo solis ortu phenix quidem mouet pennas. So lis vero calore accenditur electrum: z sic exuruntur aromata z ipsa phenix incenditur. Crastina die de ci nere gignitur vermis:secūdo pennas affert:tertio ad antiquam redit naturam z sic ad sua loca reuertitur. Ambro. hb. Hexa. Phenix auis in locis Arabię pbi betur degere:atq; ea vsq; ad annos quingentos lon geua ętate procedere: q̄ cuz sibi finem vitę adesse ad uerterit:facit sibi thecā de thure z myrrha:z ceteris odoribus:in quā impleto vię sue tēpore intrat et mo ritur: de cuius carnis humore vermis exurgit:paula timq; adolescit:z processu statuti tēporis induit ala rum remigia atq; in superioris auis speciem formam reparatur. Est et phenix nomen fluuij in thessalia in asopum fluentis. Et phenix qui ex phenicia est popu lus quem Josephus scribit inuenisse grecas litteras.

Vnde Lucil. Phenices primi (fame si creditur) ausi
Wansurã rudibus, vocem signare figuris.

Phenicia regio i syria a phenice rege sic vocata Judee cõtermina. In ea sunt Tyros ⁊ Sydon vrbes. Carmelus ⁊ Libanus montes in quo thura leguñ.

Phenicium color rubens. Hiero. in expositione psal. Si fuerint peccata vestra sicut phenicium velut niuem dealbabo. Nam greci φοινικον phenicium vocãt.

Phenissa mulier ex phenicia.

Phenicis idis: purpura pãnus rubeus. Phenice⁹: puniceus ruber.

Phenicopterus penul. cor. auis rubentes pennas habens grece vocãt phenix rubrũ ⁊ πτερον alam Juuena. Et scytice volucres ⁊ phenicopterus ingens.

Pholus fuit vnus ex cẽtauris Jxionis ex nube filius.

Pholoe mons arcadie syluosus: De quo Luc. lib. vj. Scilicet ipse petet pholoen peret ignibus ethon.

Phonascus vocis ꝓnũciationisq; magister ⁊ moderator dictio greca. Quintil. lib. j. Sed cura nõ eadem oratoribus quę phonascis. Sue. de Aug. Pronũciabat dulci ⁊ proprio quodam oris sono: dabat et assidue phonasco operã. Is enim vocem intorquere remittere/lenire/exasperare docebat. Fracto nomine a verbo φωνεω: quod significat loquor.

Phorcys huius phorcys et phorcyn phornicynis nomen neptuni filij.

Phosphorus penul. cor. latine lucifer stella.

Phragmon nomen statuarij et pictoris egregij sicut et polycletes.

Phrasis eloquentie corpus: ⁊ dicendi modus Dicta a φραζειν qõ est fari et disserere. Hiero. in prolo. lib. Regũ. Secũdus greçus est qõ ex ipsa phrasi probari põt. Quintil. Hacer ⁊ Lucretius legendi quidẽ: sed nõ vt faciãt phrasin. A phrasis fit theophrastus.

Phrenitis morbus ledens mentẽ ⁊ ad insaniã furorẽq; deducẽs απο του φρενος id est deturbatio mentis. Inde phreneticus q̃ eo vitio laborat. Apud Juuena. phrenesis penul. pro. legitur. Cum furor haud dubius cuj sit manifesta phrenesis. Aliter Serenus ꝓtulit. Ex vitio cerebri phrenesis furiosa mouetur. Amissasq; refert frendens amentia vires.

Phronimos latine prudens: phronisis prudentia. Licero libro. j. offi. Princepsq; omniũ virtutum est illa sapientia quam greci sophiam vocant. Prudentiam enim quã gegci phronisin dicunt aliam quandam intelligimus: quę est rerum expetendarum fugiendarumq; scientia.

Phrygia regio minoris Asię a phrygio amne: qui eã a Caria diuidit. Vel a phrygia cecropis filia vbi Dardania a Dardano Jouis filio. Inde a Troe Erychthonij filij Dardani filio Troia in qua Jlion. Due tamen feruntur phrygie. maior scz ⁊ minor que Epictetus dicta fuit. Phryges christianam fidem tenuerũt diu. Sed emersit apud eos montanus quidaz qui se paraclytum nominauit gentemq; illam infecit: cum quo mulieres Prisca ⁊ Maximilla relictę viris suis incedebant: ⁊ illius inspiratione prophetisse dicebãtur: multisq; erroribus ⁊ phrygiam ⁊ vicinas regiones impleuerũt. Phrygia ab aquilonis parte est Galacie collimitata A meridie Licaonię pisidie mygdonieq; contermina. In ea est Jda mons et tmolus et pactolus fluuius. Ex ea fuit sibylla nona quę sic vaticinata est. Tuba de cęlo vocem luctuosam emittet: tartareum chaos ostendet dehiscens terra. Venient ad tribunal dei reges omnes. Deus ipse iudicabit pios simul et impios: tunc demum impios in ignem ⁊ tenebras mittet. Qui autem pietatem tenent iterum viuent.

Phryx gis: generis masculini pro eo qui est ex phrygia Hiero. Compelle phrygẽ ⁊ ponticũ: vt locustã comedat. Dicit ⁊ phrygius a um. Virg. lib. ix. de mulieribus loquẽs inquit. O vere phrygie.

Phrygiones qui acu piugũt: vel qui vestes acu auro interunt. Phryges enim primi inuenere talem texturã Plí. lib. v. Pictas vestes iam apud Homerũ fuisse video. Vnde naute triumphales acu factę id phrygiones appellati sunt. Idem appellat dardanũ aurum.

Phthia ciuitas thessalię a qua phthi⁹ ⁊ phthiota. Vñ achilles phthius dictus est. Ouidius. Quã sine me phthijs caneſcant equora remis. Et videam puppes ire relicta tuas.

Phthiotis idis dicta est vna ex quattuor thessalię partibus: vt inquit Strabo.

Phthiriasis morbus pedicularis ἀπο του φθειρων qõ est pedes ⁊ pediculos vocamus. Vnde phthirophagi dicti sunt populi solis piscibus viuentes a tenuitate victus quasi pediculis vescantur. Vñ sunt iuxta pontum euxinum. Hoc morbo extinctus est Silla dictator ⁊ Pherecydes poeta

Phthisis tabes morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita a capite distillante απο του φθειειν qõ est tabescere. Vnde phthisici vocant. Sunt q̃ phthisin phthonem quoq; appellent: sed illud genus maxime quo sanguis reijcit: quali morbo laborasse theopompum ⁊ ab Asclepio curatum tradunt.

Phthongus sonus vnde diphthongus quã ob causaz phthongus ⁊ harmonia in cęlo dicũtur. Vide Ptolemeum libro. iij. harmonice institutionis οσι φθεγγομαι εστι τοαυ λαω ερθεν οπθογγος παραγεσαι ꝙ autem pythagoram dicunt aliqui primũ inuenisse cęlum harmonia volui an alij Suidas noster explicat.

Phucus animal volatile parũ: a phago comedo. Vide in dictione fucus.

Phut inde phutei: vt Joseph⁹ scribit mauritanię populi. Fuit autẽ phut Chame filius: cuius pater Hocus Ita enim a grecis vocari dicitur: quem hebrei Hoe dicunt: vel potius chanoch.

P Ante J

Piaculum sacrificium cultus ⁊ quicquid agitur seu prębetur pro sacrificatione peccati. Virg. Ea prima piacula sunto. Hora. lib. car. Tecz piacula nulla resoluent. Hoc est nullis hostijs te expiabis. Aliquando dicit crimen flagitium. Hiero in libro Judi. Munczq; tantũ nefas ⁊ tam grande piaculum factũ est in israel Virgilius libro. vj. Distulit in seram commissa piacula mortem.

Piare significat colere. Plau. Vbi piem pietatez si isto more morata tibi postulem placere. Quandoq; contaminare: polluere: qõ ⁊ impiare dicitur: quemadmodum sacrum ponitur pro execrabili. Quandoq; pie amare. Nęuius. Nemo est qui magis suos piet liberos. Aliqñ purgare Virg. Et culpam miserorũ morte piabũt. Huius verbi composita sunt expio: qõ est purgo. Impio: contamino. Hiero. in prolo. Aggei. Sed cum memoratus populus multis temporibus idolis seruicdo etiã effusionẽ sanguinis innocentũ se grauiter impiasset. lxx. annorum captiuitatẽ eundem populũ statuit sustinere.

Piatrix sacerdos: quę expiare solita erat.

Piamen seu piamentum erat id quo in expiando vtebãtur. Est tamen dictio magis poetica q̃ oratoria: nam grandis est differẽtia de vsu dictionũ/quę variis scribendi generibus conueniant. alijs vtitur satyricus: alijs orator: alijs historicus.

Piaculare qõ ad satisfactionem peccati pertinet. Liuius lib. j. Itaq; vt cedes manifesta aliquo tũ piaculo lueretur imperatũ patri vt filiũ expiaret pecunia publi-

en. Is quibusdam piacularibus sacrificijs factis quę deinde genti horatie tradita sunt. Piacularia tristia per quę malū fieri opinabantur. Nam a superis flagitatē. ab inferis dijs infelicia dari censebant. Piacularia auspicia dicebātur: que sacrificātibus tristia portendebant: cuj aut hostia ab ara ꝓfugisset aut percussa mugitum edidisset: aut in aliam partē corporis ḡ oportereret cecidisset.

Piabile qđ purgari potest: cuius contrariū est inexpiabile. Aug. sup Joannē. Viderunt se ingenti crimine impietatis astrictos: quando illum occiderunt: quez venerari et adorare debuerunt: et hoc putabant esse inexpiabile.

Piens a pio as: cum significat pie amo. A quo pientior pientissimus. Piens tñ in vsu nō est.

Pietas (inquit Lice. lib. artis veteris) est per quam sanguine coniunctis patrięq; benuolis officium ⁊ diligens tribuitur cultus. Aug. vero sic. Pietas ꝓprie dei cultus intelligi solet quā greci Eusebian vocant. Hęc tñ ⁊ erga parentes officiose haberi dicit. Dolore autem vulgi hoc nomen etiam in operibus miseri cordie frequētatur. Qđ ideo arbitror euenisse: q; hęc fieri precipue deus mandat: eaq; sibi vel pro sacrificijs: vel pro sacrificijs placere testatur. Ex qua loquēdi consuetudine factum est: vt deus ipse dicatur pius quem tamen greci nullo suo sermonis vsu eusebian vocant: ḡuis eusebian pro misericordia illorum etiā vulgus vsurpet. Huius contrarij est impietas: q̄ ab iniustitia sic distingui solet: ꝙ illa in deum: hęc dici in homines potest. Per illam contemplatione delinquitur: hac opere ⁊ factis peccatur. Pietas etiam a Romanis dea putata est.

Pius a um: quādoq; religiosum significat. Virg. Dijs melliora pijs. Quandoq; misericordem: benignum. Lice. Non secus in me pius q̄ pater in filios. Quādoq; castum. Quintil. Et pios amores ac pudicos. Huius contrarium est impius. Existimo autem ꝙ deductū sit a greco pius imutatiūcula q̄da προσ ρησισ λεγεσαι pius.

Picea genus arboris: quam Pli. li. naturalis historię: quintā speciem cedri scribit esse.

Piceus a um a pix fit.

Pico as significat pice quicq̄ linio. Pli. lib. xxxvj. Sed vasa tuentur picando parietes: quoniam et tectoria calx proditur. Scitecq; dictuz est ad tecta eos pice ad vinum calce vti: quoniam sic musta conditur. Huius composita sunt compico/et impico. Unde Col. libro. vij. Si dolore neruorum claudicat: oleo et sale genua poplites ⁊ crura cōpicāda sunt: donec sanent.

Picatus a um: qđ pice linitum est: seu conditū vt vinuz picatum. Antiqui enim vinum pice condiebant: qđ picatum vocabant. Pli. Pice ⁊ resina condire musta vulgare Italię est. Erat ⁊ picatum aliud qđ sponte nature sue picis saporē recipiebat: et hoc in agro Veiensi peculiariter nascebatur. Plinius. Jam inuenta vitis per se in vino picem habens resplendiensq; veiensem agrum.

Picus auis parua vncorū vngium: cauat arbores in q̄bus pullos educat: ⁊ scandit in subrectū feliū modo Dicta a pico Saturni filio: qui ei nomē dedit: vt docet Pli. libro. x. Et quoniam hęc auis Martī sacra est: quandoq; picus martius dicitur. Picos romani veteres vocabant: quos greci gryphes vocant: beluę quadrupedes auriticq; villu ⁊ forma terribiles corpore leonino: rostro/alis/pedib⁹ aquilis similes: habitare in hiperboreis mōtibus: in asiatica scythia feruntur: vbi aurū ⁊ gemme nasci perhibentur: ibiq; tanta rabie in boues desciuīt vt terrā ipsam inhabitabilē faciāt. Et quasi geniti esse videantur ad plectēdam auaricię temeritatem. Plau. Dici diuites qui aureos montes colunt eos solus supero. Sed hoc vt multa alia fabulosum est. Fuit ⁊ picus rex latinorū: fanni pater: ⁊ latini regis auus auguriorum peritissimus: ⁊ prim⁹ hac aue vsus est in auspicijs. Ouidius. Picus in ausonijs ꝓles saturnia terris.

Pica q̄uis fœmi. videatur a picus: longe tamen diuerse significatiōis est. Nā auis est magnitudine palūbe: alis vario colore ⁊ pręsertim ceruleo depictis humana verba ꝓferēs. Mar. Pica loquax certa domi nū te voce saluto. Si me nō videas esse negabis auē Est ⁊ alia pica sub ventre alba: superius nigra: quę varia appellatur.

Picenū regio Italię in qua est asculū a pico martio aue dicta: cuius ductu ⁊ auspicio sabini cum asculum ꝓficiscerentur in vexillo eorum picus consederat. Nam sicut Strabo libro. v. scribit. Conditores picentium e sabinorum terra profecti sunt: a quibus orti sunt. Picenum quondam vberrime multitudinis. Nāq; trecenta ⁊ septuaginta millia picentium in fidem Romani populi venere. Ea nūc marchia anconitana dicitur. Incipit a Troento amne vsq; ad Isaurum fluuium: qui nunc folia dicitur. Et hinc apennino hinc mari supero terminat. Habet ciuitates pisaurū: fanum fortune: senam gallicam: vbinum anconam: camerinum: firmum ⁊ asculum.

Picenus a um nomen possessiuum: vt picenus ager.

Picens tis nomen gentile: vt homo picens ex piceno. Hinc picentinus a um.

Picra amara dicitur. Piero. ad alga. Vidi ego nauseā ⁊ capitis vertigines antidoto qđ appellatur πικρα id est amara sepe sanari.

Picturatus varia pictura exornatus ⁊ acu pictus. Ut picturate vestes dicuntur nō a picturo qđ non inuenitur: sed simplex participiū vel participij tñ vox est Virg. Fert picturatas auri subtegmine vestes.

Pierus penul. cor. nomen patris nouē picarū. Ouid⁹ lib. v. met. Pierus has genuit pelleis diues in aruis

Pieria mons ⁊ ciuitas boetię: quā primus pierus liui pater edificauit musis sacer. Hinc perides musę: ꝙ in pieria ex Joue et mnemosyne nate sint vt inquit Strabo. Vel a pieria regione macedonię Emathia ante dictę a nemore ita appellata. Cui nomē est pieris. Et pieres populi sunt dicti: quibus extinctis macedones ea loca incoluere. A pieria fit pierius a um Unde pierium carmen. Muse autē suauissimū viaticum ad labores vitę. Unde Theocritus ουδεν ποσσον ερωτα πεφυκει φαρμακον αλλοι κια ουτεγχρισον εμοιδοκει ουδι επιπαν των ἡ ται πιεριδεσ.

Piget piguit ⁊ pigitū est. Stra. li. vij. Nec pigitū paruosq; lares humilesq; subire. Dicit ⁊ pigeo ges: pigui ⁊ cōstruit cum accusatiuo: significatq; dolere seu molestū esse: vt inquit Aug. quasi pigritiā significat: Nam cū dicimus piget me fecisse: hoc est dicere non surgit meus animus ꝓbare qđ feci. Plau. in pseu. Id qđ pudet facilius fertur q̄ id qđ piget. Teren. in phormi. Quere obsecro ne plus minus ve faxit: quod nos postea pigeat. Quādo ꝼo impersonale est construē a parte ante cum accusatiuo vel datiuo. Plautus. Non dedisse te pudet me: quia nō accepi piget. Ouidius lib. ij. meta. Pigetq; actorū sine fine mihi sine honore laborū. Inuenit etiā pigēdus: qđ est a pigeo: verbo deponēti. Differentiam inter pigere et pudere: vide infra in dictione pudeo.

Piger tardus cuius contrariū est impiger pro diligente: hinc pigricia pigricies: pigredo pigritudo: ⁊ pigritas ꝓ tarditate ⁊ ignauia. Lice. lib. iij. de rep. Nunquid viri fortissimi fortitudo impigritas patientia? Et li. iiij. Tus. Quę aūt subiecta sunt sub metu ea sic definiūt pigriciā metū cōsequētis laboris.

Pigreo es. piger sum a quo pigresco et pigresio idem significantia.

Pigro as. detineo ac retardo. Acci°. Melius pigrasse q̄ properasse nefas.

Pigmenta sunt vnguenta quibus vtūtur puelle ad venustandā facie: vt fucus. Per trālationē ꝺo dicunt mēdacia et fraudes: q; nō est naturalis color/sed artificialis. Cice. lib. ij. de ora. Tā integre sentētie: tam vere: tam noue: tā sine pigmentis fucoq; puerili: vt mihi nō solū tu incēdere iudicē: sed ipse ardere videaris. Accipiē etiā qūq; ꝑ cōfectiōe ex diuersis speciebus suaui ⁊ odorifera. Hiero. Veniēq ⁊ hi quibus intellectus herbarū est pigmentoꝝq; peritia ferunt quedā esse pigmēta: quoꝝ si odorē ceperint nōnulla animalia continuo intereūt: alia vero eodem odore recreantur: vitaq; recipiūt.

Pigmentatus ta. tum. quod est pigmentis ornatum. Hiero. ad Paulinum. Totum flaccidum molle nitidum: atq; formosum: quesitis hincinde odoribus pigmentatum.

Pigmentarius qui facit vel vendit pigmenta. Hiero. in ezo. Composuit et oleū ad sanctificationis vnguētum ⁊ thymiamata de aromatibus mūdissimis opere pigmentarij.

Pigmentarius a. um. quod ad pigmenta pertinet.

Pignus oris. ⁊ eris. a pugno vt Cāius de ꝟbo. signifi. inquit. Quia res que pignori dātur manu tradūtur. Est ⁊ proprie quod creditori datur vt sit securus. Et hoc modo sepe dicitur cum aut munus nostrum: aut aliquid simile pignus esse amoris: et beniuolētie volumus. Virg. Ipe pater dextrā anchises haud multa moratus. Dat iuueni atq; animū presenti pignore firmat. i. securum facit vt qui dat pignus. Ulp. inter pignus et hypothecaq; hoc differre scribit: ꝙ pignus dicitur cum ad creditorem trāsit: hypothetica cum non transit. Quoniā vero filij videntur tanq; pignora inter virū et vxorem esse: tum vinculi ne alioquin forte diuortium fiat: tum charitatis: factum est vt pignora pro filijs capiantur. Nam vt inquit Amb. Cū premium nuptiarum sit partus feminarum: meritomentes coniugales per filios veluti per quedā quasi pignora inter se arctius copulātur. Ouid. Dulcia sollicite gestabāt pignora matres. Aliquādo pign° sumitur pro eo quod deponitur ab his qui simul decertant apud sequestrum. Virg. Tu dic mecum quo pignore certes.

Pignoro siue pignero pigneras: significat rem pignori do. Sue. de vitel. Utq; ex aure matris detractum vnionem pignerauit ad itineris impensas. Huius composita sunt oppignero: et repignero: de quibus alibi. Inuenitur etiam pigneroꝝ deponēs in eadem significatione.

Pigneratitius a. um. ex supino verbi pignero nomen deductū significat qō pignori datū est: vt res pignoratitia. Et pignoratitius vir: cui pignus capere licet. Ulp. Queriē in pignoratitio creditore an pignoris persecutio denegetur.

Pilus ꝑma corepta: capillus. Nam ambo cōuertunt. Bel. Si ouiū lacte bedi aut caprarū agni alerentur constat ferme in his lanam duriorem in illis capillū gigni tenuiorem: a quo pilo as. Est et pilus nomen generale. Nam pilum ꝑ capillo. Idem Pli. posuit: In capite inquit cunctarum animaliū homini plurimus pilus. Pili lōgiores ac ꝓni in colla atq; armos vestientes iube dicuntur. Pili vero crassiores rigidi: quales habent sues vocant sere. Pilus vero prima producta quod et pilū dicit: telū romanū a perimēdo dictū quasi perilū: vt inquit Var. Huius habile erat pedum quinq; ⁊ semis: et ferrum trigonali figura nouem vnciarum; a quo pilati dicuntur: pilo armati. Var. Et pilata reddit iāq; subitq; cohors. Generaliter tamen pila. Var. auctore tela romana sunt: sicut gessa gallorū: et sariſſe macedonum. Hinc et primipilus dicitur cēturio. Et prepilate haste: que ferreas habent cuspides: quasi prepferrate. Propilatum dicitur vbi non est ferrum: si modo in mucronē exactū sit ad formā pili factum vt cornua locustarū quibus natant. Preferratum vero pilū in molendo propterea vocatur apud Pli. vt a pilo ruido distinguat ad molas videlicet: q̄s aqua versant vrili. Nec tam ꝙ sine ferro est: id nomen habet: q̄ ꝙ asperum impolitūq;. Nam et ruidus panis apellat qui parū coctus rugosusq; sit: q̄q; rubidus fere scribit. Prepterea pilus siue pilū a pinsendo: seu a pilumno: vt inquit Seruius instrumētum: quo quipiā in mortario teritur. Pli. lib. xviij. Quippe ⁊ ethruria spicā farris tosti pinsente pilo preferrato: fistula ferrata: et stela intus denticulata: vt nisi intenti pinsant concidantur grana: ferroq; frangantur.

Pila pile a pinso vas concauum: ꝙ antiqui siccata frumenta in pilas immissa pinsebant. Idem in eodem. Tundatur granū eius in pila lignea. Similiter vasa illa concaua mediocꝝ visui apta in quibus Typsane fieri solent pile dicuntur. Item pila est colūna stans: quam greci στηλην vocant a stando proprie stelas greci appellant stantes in monumentis columnas. Apulei. lib. iij. me. Pila media que stabilis trabes sustinebat. Festus. Pila que parietem sustentat ab opponendo dicitur. Plinius lib. xj. Rutes ceras fulciunt pilarum instar interius a solo formicatus vt sit aditus ad farciendum. Item pila est qua luditur ab πιλεω equo: ꝙ forma spherica sit: que omni ex parte equa est: vel a pilo qō pilis impleri solet. Item pila capitur ꝑ quacūq; re rotunda instar pile lusorie.

Pilatim aduerbiū a pila ꝑ colūna: significat per pilas. Vict. Pilatim struunt edificia.

Pilula quasi parua pila. Plin. Nascuntur in eo pilule nucibus nō absimiles: intus habētes floſculos molles lucernarū luminibus aptos. Idē Scarabeus qui pilulas voluit. Et ea venena que hac forma sumim° vulgo pilulas noiam°. Idē vetus aruncia phthisin in pilulis sumpta sanat. Ue greco vocabulo catapotia dicuntur.

Pilū nouacula/culter rasorius/⁊ hastile quinq; pedum et semis: de quo in dictione pilus.

Pilani dicti sunt milites qui pilis pugnabāt qui antea primipilares vocabant: mutata n. in re.

Pilo as penultima corepta: a pilus qui in carne est: significat pilos emitto. Accius. Tunc primū pilabāt gene. Affra. Deū preterea corpus nunc pilare primū cepit. Interdum etiā pilare est pilos detrahere. Var. O pectus ꝙ crura pilas. Hinc componitur depilo. Pilo as. penul. produ. greco est: et significat complano. A quo fiūt composita Compilo: expilo: oppilo: et suppilo.

Pilates genus lapidis candidissimi. Cato. Lapis candidior q̄ pilates.

Pilentum: vehiculi genus: quo matrone ferebantur. Idē videt quod petoritū qō q̄ttuor rotarū: ab hispanis introductum. Var. de lin. la. in consuetudine sua etate primū venisse scribit. Estq; eius forme q̄ nostri temporis principum italię mulieres vectantur: ita libratum vt considentes in puluinis in aere suspendi agitate videantur.

Pileus tegmen capitis: quod ⁊ pileū dicit. Plau. Ut ego hodie raso capite caluus accipiā pileū. Persi°. Hanc nobis pilea donāt. Ponitur quādoq; pileus pro libertate. Unde legimus apud historicos ad pileum seruos fuisse vocatos: quod significat ad libertatem: cuius insigne est pileus. Liui. lib. xxiiij. poste-

ro die serui ad pileum vocati: ⁊ carcere vincti emissi. Suet. in Tybe. Seruiscꝫ ad pileum frustra vocatis in sicilia profugit. Accipiebant eñ serui pileū raso capite: qui manumittebant.

Pileolus ⁊ pileolum cum accentu in antepe. Hora in epistō. Ut cū pileolo soleas cōuiua tribulis. Hiero. ad fabiolā. Pileolus rotundus est: qñ sphera media sit diuisa ⁊ pars vna ponat in capite: hoc greci et nostri tiaram nōnulli galerū vocant. Idem ad paulinū neutro genere dixit: Pileolū textura breue: charitate latissimū senili capiti cōfouendo libenter accepi ⁊ munere: et muneris auctore letatus.

Pileatus qui pileo indutus est. Unde serui pileati qui pileo imposito vendebant.

Pilumnus qui stercorandorum agrorum: et pinsendi frumēti vsum inuenit. Iouis vtputāt filius: ⁊ Dauni pater. Ser. lib. ix. eñ. Pilumnus ⁊ pitumnus fratres fuerunt dū: horū pitūnus stercorando ꝫ inuenit vsum agrorū: vnde ⁊ sterquilinius dictus est: pilumnus vero pinsendi frumēti: vnde a pistore dous colit. Et ab ipso pilū dictū est.

Pina per simplex n. genus piscis. siue conchę. Lic. lib. ij. de natura deorum. Pina vero sic eñ grece dicit duabus grandibus obsita conchis: cum qua piscis cancer cibi assectator.

Pinna per duplex nn. ꝓprie penna ē quę pluma. i. mollior et exigua penna non est. Nam penna nomen generale est ad plumas ⁊ pinnas. Uar. lib. iij. de re rust. de colūbis. Qui tā pinnas habere incipiunt: in nido relinquūt illisis cruribus. Idem de gallinis. Eligat fecundas plerunꝫ rubicunda pluma nigris pinnis. Col. li. ix. Siccus etiā puluis ⁊ cinis vbicūꝫ coherentem porticū vt tectum protegit: iuxta parietes reponendus est: vt si quo aues se perfundant. Nam his rebus plumā pinnasꝫ emundant. Pinna etiā acutū significat: vnde et pinnę muroꝝ. i. summitates. Pinnas etiā gestare gladiatores solebant: vñ pinnirapi retiariū dicūtur: ꝙ pinnas e galeis mirmilonū iacto rete exciperent.

Pinnirapus penul. cor. gladiator. Cōpositū nomen ex duobus corruptis. s. pinna ⁊ rapio. Iuue. Hic plaudat nitidum ꝓconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenesꝫ laniste.

Pinnula diminu. a pinna. Et est summa pars auris ab acuitate dicta. Aliquādo parua pinna. i. pēna. Col. lib. ix. Inhiberiꝫ cupiditas incubādi pinnula pernares traiecta.

Pinnaculum fastigium ⁊ summitas edificij in acumen tendentis: siue ꝙ veteres pinnam acutum dicebant. Unde bipennis securis que vtrinꝫ aciem habet: siue ꝙ pinnaculis addi pinna consueuit: que facili motu ventorū indicet flatum: quod genus nunc pennaculum dicitur.

Pinnaces et ꝙ diminutionē pinnacidia dicunt tabellę in quibus capita omnium rerū continentur: et latine indices dicimus.

Pinnacotheçe locus erat prope atrium in quo picte tabulę reponebantur. In tablino rerum in magistratu gestarum monumēta continebantur. Uarro scribit multos spectatum venisse luculli villas: vt viderent pinnacotheças.

Pinus arbor tam masculini ꝙ feminini generis ⁊ tam quartę ꝙ secundę declinationis est: quę et pinea dicitur. Ambrosius. Quis pineam videns nō stupeat? Pineus a. um. quod ē natum ex pinu apud Isthmū victores coronabant. Pinetū lucus pinis cōsitus.

Pinaster pinus siluestris mire altitudinis. Plini. lib. xvj. Pinaster nihil aliud est ꝙ siluester.

Pindus: iapydiarū sedes mons thessalię apollini mu-

sisq; sacer Acarnaniā ab etholia diuidit. Sunt tamē qui hoc nomē cū ypsilo scribant. Est ⁊ nomen vbis thessalice a pindo mōte appellata iuxta quē est fluuius eiusdē nominis.

Pinguis non macer: aliquādo ponitur ꝓ infecundo. Uirg. Et pingues hortos. Aliquādo ꝓ impedito ⁊ inepto. Cice. Quod ipsi antiocho pingue videtur et sibūpsi cōtrarium. Hinc componitur ꝓpinguis quod est valde pinguis. Colu. libro. iiij. Ideoꝫ non est vineis apta vir etiā arbustis nisi ꝓpingui. Pingue vero substantiuum neutri generis dicitur quod inter carnē ⁊ cutē est succo liquidū. Uirg. Et omes Impendunt curas denso distendere pingui. A pinguis fit impinguo as. Hier. Impinguatus increassatus recalcitrauit.

Pinguesco is. a pingueo es. fit. Col. lib. ij. Omne emaciatū armentū medica pinguescit. i. pingue fit.

Pinguefacio significatiōis actiue ē: pinguefio passiue.

Pingo gis. xi. ctum. Pingere est formam alicuius rei ductis lineis repsentare. Hinc pictor q̄ pinxit: et pictura ars pingēdi: in qua superiorib⁹ tēporib⁹ floruere ceuxis. Parasius. Apelles viri cātatissimi. Hac vero tempestate Andreas mantinea patauinus mātuani ꝓncipis aulicus vir in omni virtutum genere prestātissimus dignus certe: qui a poetis ⁊ a ceteris scriptorib⁹ celebrer: cū nulli vel integritate: vel pingendi arte sit secundus: huic accedunt Joannes bellius Uenetus: Leonard⁹: Florentin⁹: et Uincētius Brixianus excellentissimo ingenio hoies: vt qui cuz omni antiquitate de pictura possint cōtendere. Per translationē pingere ponitur ꝓ imaginari. Hiero. ad Dama. Quod erā voce promptur⁹ añ mihi cogitatiō pingebā. Qui⁹ rbi cōpositā sūt. Pingo qō est pingendo describo/denuncio/demonstro. Lactā. lib. iiij. Cū eñ quidā ministrorū nrorū sacrificātibus dęmonūs assisterent imposito frontibus signo deos illoꝝ fugauerūt ne possent in viscerib⁹ hostiarū futura depingere. i. denūciare. Idem lib. v. Quid vobis inanem iusticiā depingitis et optatis cadere de celo tanꝫ in aliꝫ simulachro figuratā. i. fabricatꝫ. Hier. ad pau. Tito ꝓcipit vt inter alias virtutes episcopi quē breui sermōe depinxit. i. descripsit. Ter. in phor. Probe horū facta imprudens depinxit. i. elocutus est. Expingo sicut pingo. Pli. Jam ro et onerarijs nauibus qñ ⁊ pericula expingimus ne quis miret ⁊ rogos pingi. Compingo ⁊ impingo: vide alibi.

Pinso is. sui. pistum vel pinstū pila tundo: vel molis frango. Col. li. ij. Panicū pinstū ⁊ euolutū furfure sed milium ꝙ pultē q̄uis in copia maxime cū lacte non fastidiendā ꝓbet. Pomp. Cū neꝫ molis molui neꝫ palmis pinsui: vñ pistor: nā ante molarū vsum frumenta in pilis pinsebant. Uar. Nec pinsorē vllū non nosscent nisi eū qui in pistrino pinseret farinam: Persi. O Jane a tergo quē nulla ciconia pinsit.

Pinso as. in eodem sensu. Uar. lib. j. rerū ru. Promendo diem vt in pistrino pinsetur ac torreatur. i. tundatur vel frangatur.

Pinsito as. frequentatiuū a pinso is. Plau. in asi. Qui polentā pinsitāt. i. contundūt.

Pindo is. pindi pinsum. Idem qō pinso. Unde pinsos qui nūc pistor dicit: nam erat vtriusꝫ rei arrifer/hoc est qui frumenta pinsebat: et qui panes coquebat.

Pistor a pinso is. qui frumēta in pilis pinsit. Nūc autē dicitur qui panem coquit seu facit. Plini. lib. xviij. Pistores rome uon fuerunt ad persicum vsqꝫ bellū annis ab vbe condita super quingentos octaginta. Suet. in Cel. Domesticam disciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeo seuereꝫ rexit: vt pistorem aliū q̄ sibi panem conuiuis subūcientē cōpedibus vinxerit. Uar. in satyr. de eqlijs. Si q̄tum

opere sumpsisti: vt tuus pistor bonū faceret panem. Arteius capito. Pistores tm̄ eos qui far pinsebant nominatos esse tradit. eosq; coquere solitos panem tostū lautioribus. Pistorē et coquū apud antiquos eosdem fuisse accepimus. Pistorem etiā habebant in numero seruorū. Unde ait Iurecon. Si quis seruos habuerit ꝓprios: sed quoꝝ operas locabat: vel pistoricas vel histrionicas seruorū appellatione hos legasse videtur.

Pistrix mulier quę panē coquit. Et pistrix belua.

Pistris is. nauis. Virg. lib. v. Velocem Mnestheus agit acri remige pistrin. Pistis ꝙ latine fides.

Pistura ars pinsendi. Pli. lib. xviij. Pistura non oīm facilis quippe et ethruria spicam farris tosti pinsente pilo prę ferrato.

Pistorius a. um. quod ad pistorem pertinet: vt ars pistoria. Idem in eodē. Ad operis pistorij genera transeunte cura. Hiero. in Bñ. Omnes cibos qui sunt arte pistoria.

Pistoricus a. um. idem qđ pistorius. Unde Iurisconsultus operas pistoricas dixit.

Pistrinū et pistrina ę. pe. plo. locus in quo pinsitur et panis fit. Quandoq; etiam capitur ꝓ laborioso seruitio. Tractum a seruis: qui ob noxam a dominis in pistrinū trudunt. Proprie Sue. in Augu. Et modo vnguentariam tabernam: modo pistrinum aricie exercuisse obijcit. Pli. lib. xviij. pistrina femininogene re vtit. E siligine inquit laudatissimus panis: pistrinarumq; opera laudatissima.

Pistrilla ę. dimi. a pistrino ꝑm Prisci. Mā diminutiua quādoq; diuersa sunt a genere nominū primę positionis: sicut a scuto scutella. Ac Dona. a pistina deducit: et sumit ꝓ molēdino a manibus. Terē. Apud ipsum lacum est pistrilla.

Pistrinensis et hoc pistrinense quod ad pistrinū ptinet Apu. in asinū reformatus molas pistrinenses ꝙ circuitus multiuios circūegisse se festiuiter scribit perscribens q̄les essent ministri in pistrinensi contubernio.

Pistillū sine r. instrumentū quo in mortario lapideo: et maxime Thebaico plūbeo pistillo terere moliunt.

Pliones populi in mysia asię: q̄ supra caicum amnē sita est ab vrbe dicti quā pionis ꝺdito: pionias vocauit.

Pipiones columborū pulli: vt apud Lampridium in alexandri vita.

Pipare dicunt galliną cū vocem emittunt. s. cū faciunt pipi. Var. in aboriginibus. Mugit bos: ouis balat: equi binniunt: gallina pipat.

Protonotarius p̄mus notarius. Notarius ꝑo a nota deducitur. Sed iudiciorū notarij barbarę dicuntur.
Propages ⁊ propagus nuper vel primo fabricatus
Protoplastes siue protoplastus primo formatus. Vñ ⁊ adam protoplastus dictus est.
Prototomus pe. cor. prime sectionis. Vñ primus cauis qui succidit vel cina brassice a prima sectione ita appellatus est quę vere fit. Estq; ipsorū cauliū delicatior/tenuiorq; cauliculus. Col. lib. xj. Sed iam prototomos: tēpus decidere caules. Var. Et faba fabarum prototomicq; rudes.
Prototocos primus genitus: vel primo enixa.
Prototypon pe. cor. exēplar. Prototypus primitiuus dictus ac archetypus.
Prouebo is. produco: hoc est vltra ad locuz: vt cū ago me loco vñ discessi vltra plus vel min⁹ vehor. Plau. in ru. Quid ego deliqui: rogas qui arrhabonē a me accepisti ob mulierē: et eā hinc abduxisti? Mō aueri. Cur negas? quia pol puerī auehere nō quiuī miser. Per translationem Leo pa. Isti sunt qui te in hanc gloriā puexerūt. Sic dicimus aliquē etate prouectū ⁊ prouecta prudentia.
Prouenio produco. Vñ prouentus dicunt redditus et non tm̄ bonarū rerū: sed etiā malarū. Plau. Calamitatū ⁊ miseriarū tot prouentus.
Prouideo es. penulti. cor. significat ante: vel a longe ⁊ futurū aliquid video anteq; sit factū. Plini. Hoc em̄ sapientis est omia q; ventura sunt puidere. Cice. lib. ij. de diui. Medicus morbū ingrauescentē rōne puidet: insidias imperatorū: pestilentes gubernatores: et tēpestates gubernatores: et tēpestates ipi sepe fallunt qui nihil sine certa rōne opinant: qm̄ vero ea q; prouidemus si mala sunt aut vitamus aut emēdamus factū est vt puidere modo vitare significet: vt apud Terē. in an. Quę si nō astu prouidentur me aut herū pessundabūt. Modo remediū prebere. Cice. Satis iam omibus q; necessaria erāt prouisum putabant. Vnde prouidentia et prudentia dicuntur. Idē. Id em̄ sapientis est prouidere exquo sapientia appellata est prouidentia. Et iterū. Tanta memoria preteritorū/futurorūq; prudentia. Quidā prudentiā a prouidētia distinguūt: vt prudentiam dicant in rebus humanis: prouidentiam in diuinis. Alij prudentiam definiunt rerum bonarū ⁊ malarū et vtrarunq; scientiam: prouidentiam vero per quā futurum aliquid videtur anteq; factū sit. Unde prouidentia aliquādo pro deo ponitur. Quintil. Nullā ego res humanas despicere prouidentiā reor. Idē de Ciceroē. Bono quodā prouidentie genit⁹ in quo omes vires suas eloquētia experiretur.
Prouidus videns ante: diligens: solers.
Prouide aduerbiū diligenter significat.
Prouincia dici videtur q̄ procul vinci videatur. Proprie em̄ prouincię dicte sunt regiones longe ab italia bello acquisite: q̄ eas romanus populus puincerit. Unde Egesippus scribit romanos cum in ius suū vincendo redigerent procul positas regiones appellauisse prouincias. Prima omniū sicilia prouincia ē appellata: sicut docet Cice. in quarta. Ver. Et prouinciarū alie erāt cōsulares: alie prętorie. Redigere autē regiones in prouincię formā nihil aliud est q̄ regionē subūcere imperio romano ⁊ ad eā gubernādā mittere prefectū. Et quoniā p̄fecti ad eas gubernādas cū officio mitti solebant. Factum est etiā vt ipsi magistratus: et osīe onus eis impositum prouincia appellet. Ter. in phor. O geta puincia cepisti durā. Est et prouincia regio Gallię narbonensis rhodano finitima qui eā a Celtis separat.
Prouinciales: dicti sunt qui ex prouinciis sunt: siue vt Ulp. inquit qui in prouinciis domicilium habēt. Prouincialiū noie omnes p̄ter Italicos appellabant: vñ Colu. lib. vj. caput facit de agricultura prouincialiū vinearum cum alibi de agricultura italicarū scribat Plinius oratoꝛ. lib. epistolarū octauo. Italicus es: an prouincialis?
Prouinciatim aduerbiū signi. per singulas puincias.
Prouoco as. penul. cor. pprie significat a longe voco. Liui. lib. vij. Gall⁹ magnitudine atq; armis insignis prouocat q̄ interpretē vnū ex romanis qui secū ferro decernat. Aliquādo prouocare est inuitare/incitare/hortari: et hoc tam in bonum q̄ in malū. Cice. Tuis

litteris amātissimis sum prouocatus: In malū signi
ficat lacessere. Pli. Cuius enim multis prouocat⁹ in
iurijs nunq̄ tamen ab amicicia recessi. Interdum est
profugere: z ferme idem est qđ appellare nisi q̄ ꝓ
uocare magis est q̄ appellare: z proprie ad maiores
potentioresq̄: quorū ope atq̄ gratia indigemus per
tinet prouocatio. Et iungit accusatiuo cum ad. Cice.
Cum alter ad senatū prouocasset: alter ꝓ appellas
set tribunos. Aliquādo sine ad. Liui. lib. iij. Non ita
se inuidiā pertimuisse: vt nihil in ea ꝛate z miserico
dia ciuiū suorū spei haberet/q̄ si in dicta causa in vin
cula ducat: itez se tribunos plebis appellare z mone
re ne imitentē quos oderint/q̄ si tribuni eodem fede
re obligatos se fateant rollendę appellationis causa
in quā cōspirasse decem viros criminati sint: ait se ꝓ
uocare ad populū: implorare leges de prouocatiōe
z cōsulares z tribunitias eo ipso anno latas. Quem
enim prouocaturꝫ si hoc indēnato in dicta causa non
liceat? Cui plebeio z humili presidiū in legibus fore
st Appio Claudio non sit? Se documento futurum
vtrum nouis legibus dominatio an libertas firmata
sit: z appellatio ,puocatioq̄ aduersus iniuriā magi
stratuū ostentata tm̄ inanib⁹ litteris an vera data sit.
Apul. Nihil prodest ꝓtorem aut potestatē aliā pro
uocare. Appellatio autē ,puocatioq̄ inuentę fuerūt
ꝓ remedio aduersus iniurias magistratuū.

Prouolo as. penul. corre. ante seu vltra volo. Pli. lib.
v. Tūc vniuersę prouolant/si dies mitis futurus est.
Liui. lib. ij. per trāslationē pro procurro posuit. Sic
primū infensis hastis prouolant duo Fabij totamq̄
mouerunt secum aciem.

Prouoluo is. ante voluo: vt prouolutus pedibus. Ali
quādo prouoluere est voluere seu ruere facere. Liui.
Ingētia saxa in subeūtes, puolūtibus barbaris.

Prorimus. vide in dictione prope.

Proroneta. Grēci προξενητησου licitator/media
tor vel cōciliator. a προξενεω qđ est concilio vl in
duco ad aliq̄d faciendū. Jam apud nos qui medi⁹ est
vt res emant z vendant/proroneta dicit.

Prudens/quasi ,puidens z interdū sapiens/interdū sci
ens dicit. Unde iurisprudentes vocant qui ius sciūt.
Et iurisprudentia/iurisscientia. Hoc tamē inter se dif
ferunt prudens z sciens ꝑm Dona. q̄ prudens est q̄
intelligentia sua aliquid cognoscit. Sciens qui alteri
us iudicio rem percipit. Hoc est prudēs per se: sciēs
per alios. Teren. in an. Et prudens sciens viuus vi
densq̄ pereo. Sic imprudētia pro insipientia z insci
entia. Aug. de libero arbitrio. Prudētia est appetē
darū z vitandarū rerū scientia. Prudentię est sic do
cet Macro. ad rationis normā quę cogitat/q̄q̄ agit
vniuersa dirigere: ac nihil ꝓter rectū vel laudabile fa
cere. Prudentię insunt/ratio/intellect⁹/circūspectio/
prouidentia/docilitas/cautio. Socrates omnes vir
tutes putabat esse prudētias Aristo. Impossibile in
quit est prudentē esse quēpiā nisi sit bonus. Pruden
tis est bene consulere. Plato in legibus ait prudētiā
omniū virtutū ducem esse. Grēce dicitur φρόνησις.
Plau. in tru. Quę hic habet phronesium: omnem ex
pectore emouit meo phronesin.

Prunus arbor quę pruna producit. Prunetum/locus
prunis consitus.

Pruna a carbone ita distinguit/q̄ illa q̄diu ardet/pru
na dr. Carbo cū extincta fuerit. Dicta pruna a puren
do. Virgi. Et cinis obductę celabat lumina prunę.

Pruina/perurēdo/q̄ fruges z virgulta perurat.

Prurio is. quasi peruro. Est em̄ prurire proprie libidi
ne scalpendi ardere. Plau. in Am. Sentes pruriūt.
A quo pruritus us. qui est excursus humoris spirabi
lis incluſi cōtra naturā: Quę voluptas quoniā in li
bidine similis est: quippe nihil aliud est genitura q̄
excursus hmōi humoris ad rem naturalē fit vt etiam
hęc voluptas prurigo dicat z tentigo.

Prusa/vrbs apud Mysios ad radices olympi quam
Prusias cōdidit qui cum Creso bellū gessit. Hinc ori
tus est Dion philosophus: q̄ ō regno scripsit z Tra
iani tēpore claruit. Ab hac prusenses dicti sunt. Est
z altera prusa sub hippio mōte seu fluuio: vt est apō
Ptolomeū. Hoc aūt discrimine a prusa q̄ sub olym
po est/dirimit. Hęc enim a Plinio prusias dicitur q̄
Lyos quondā fuerit a qua prusienses vocant.

Prytaneū/locus erat athenis in arce dignissimus/ vbi
iudices z magistratus habere consiliū solebāt. Cice.
lib. j. de ora. Et vt ei victus quotidianus in prytaneo
publice prębereť. Dionysius prytanea vocat curias
in quibus sacra fiebant ab his qui maximā in vrbib⁹
habent potestatē. Prytanis/magistratus/prefectus
administrator/vt consulatus quē publici cōsiliū prin
cipē appellabant a verbo πρυταρειω: qđ est guber
no z magistratū exerceo.

P Ante S

Psaltes/latine cantor. Psalmus canticū: a ψαλλω cā
to/q̄ ad psalteriū cantareť.

Psallo is. cano: z proprie de psalmis dicitur. Aliquan
do psallere ponit pro prędicare: vt est illud. Sic psal
lam nomini tuo.

Psalteriū greca dictio est: qđ hebraice Nablon: latine
organū laudatorū dicitur. Et est vt Hiero. scribit in
modū quadrati clypei cum decem chordis sicut scri
ptum est. In psalterio decem chordaruꝫ psallite illi.
Et in expositione psalmoꝝ sic ait: Psalteriū proprie
genus organi musici melius sonans q̄ tythara simi
litudinē habet cytharę: sed nō est cythara. Inter psal
teriū z cytharā hoc interest/q̄ cythara deorsum per
cutitur: psalteriū sursum: qđ verbo vulgari polyph
thongū dicit. Et alio in loco Cythara deorsum habz
cauamen z sex chordas habet: psalteriū desursum ha
bet cauamen. Aug. Psalteriū est organū qđ quidez
manibus portať percutientis: z chordas distinctas
habet. Sed illā locū vnde sonū accipiūt chordę illō
concauū lignū qđ pendet z tactuꝫ resonat: qz recipit
aerē: psalteriū in superiore parte habz. Cythara aūt
hoc genus ligni cauū z resonās in inferiore parte ha
bet. Jtaq̄ in psalterio chordę sonū desup accipiunt.
In cythara chordę sonū ex inferiori parte accipiūt.

Psalma/qđ psallit diapsalma interpositū a psallendo
silentiū: vt sympsalma dicit vocū copulatio in cantā
do: ita diapsalma disiunctio/ vbi quędā requies di
stinctę continuationis ostenditur.

Psalmodia cum accentu in pen. ex psalmo z odia q̄ est
cantus mixtus: vt cum aliquis ad musicū instrumen
tum canit.

Psaltria/cantrix a psallendo. Fidicina quę sequebatur
et amabat histriones. Amabat em̄ qui cantabāt quo
tidie in scena.

Psecas adis. gutta siue stilla dici potest. Apu. libro de
mundo ab Aristotele sumens z psecadas interpreta
tus/stillicidia vocat.

Psegma atis. idem fere qđ flos eris. Pli. lib. xxiiij. In
erarijs officinis z psegma fit. Grece ψηγμα.

Pseudo/nomen triū generū z inuariabile per mutatio
nem casuū: z latine falsus dicitur.

Pseudolus/falsus seru⁹. Unde z plautine fabulę pseu
doli nomen inditum est.

Pseudologus/falsidicus. Pseudographus/falsari⁹.

Pseudographię/fabulę/ deformationes. Pseudoan
gelus/falsus nuncius. pseudoprophetę/falsi vates:
pseudomartyr/ falsus testis: pseudoadelph⁹/falsus
frater: pseudodictamū/falsum dictamū/ genus her
bę quę in creta similis pulegio nascit. Pseudonym⁹

falsi nominis. pseudoporticus/falsus porticus. Mā in edificiis partes quę fiūt ad imitationē/nec integrū nec principalē/sed precariū aut temporariū vsum ꝑbent quasi alienū opus mentientia hoc nomine insigniri solent: vt pseudipteros ⁊ pseudoaule similiaq; bis complura in Victruuio.

Pseudothyrū/quasi falsum ostium. Unde pro postico sumitur. Orosius. Uerūtamē sequēti anno tanta fames Romę fuit vt medio foro imperator correptus a populo conuicijs ⁊ fragminibus panis turpissime infestatus egre per pseudothyrū in palatiū refugiēs furorē excitatę plebis euaserit. Cice. in Ver. Ea quę admodū ad istū postea pseudothyrū reuertant tabulis vobis ⁊ testibus iudices planū faciā.

Psilon/latine tenue dicitur.

Psilotrū/vnguētū depilatoriū: de quo fit mentio apud Auicennā ⁊ Galenū: vbi salamandras legimus habere vim psilotri depilatoriā.

Psilli/populi libyę prope Garamantas a Psillo rege dicti: vt inquit Pli. lib. vii. quorū corpori ingenitus fuit virus extiale serpentibus. Scribit Plutar. Catonem iter per deserta libyes facientē secū psillos duxisse ꝙ morsib⁹ serpentū mederent: partim ore trahēdes venenū: partim serpētes cantibus medicātes.

Psychomantiū/locus vaticinū: vbi fiebat manū euocatio ψυχη enim aia ⁊ μαντεια diuinatio.

Psimmythiū/dicitur qđ nos cerusam nominam⁹: fit ex plumbo.

Psitta/piscis genus/quem nos passerē vocamus. Aristoteles: Torpedo oculit se ⁊ pastinaca et asellus et rana ⁊ psitta ⁊ squatina.

Psitacus/papagallus: vulgo dicit auis ex india ꝙ vocem humanā sup omnia reddit ⁊ quidē sermocinās. Mar. Psittac⁹ a vobis aliorū nomina disco. Hoc didici per me dicere Cęsar aue.

Psicholutres/dicitur qui frigida aqua corpus lauat: et balneo frigido lętatur ψεχισ frigus λουτρισ balneum ⁊ lauachrū. Unde fit psycholutres qđ significat lauacri frigidi cultor. Sene. li. xii. epistarū. Ille rārus psycholutres ꝙ klis ianuarijs euripū salutabat.

Psydracion/genus pustularū subalbidarū acutarūq;.

Psythium/genus passi.

Psyria/insula iuxta chium.

Psole/latine ꝓpriū. Auctor in Priap. Psoleō ille vocat qđ nos psoloenta ceraunon.

Psophis idis. nomē ciuitatis a psophide Ericys sicani filia. Sui. li. v. me. Usq; sub oxchomenō psophidaq; cyllenenq;. Sunt ⁊ alię psophides multis locis. Verum arcadice psophidis nomen vetus reddunt phegeā a conditore impositā phegeo Alphisibei filio ni si quis a phaginea glande potius existimet.

Psora/cutis aspritas ⁊ squamosa: ⁊ videt alia a scabie cum Pli. lib. ii. dicat. Arida cum resina impetiginē ⁊ scabiē quā psorā ⁊ lichenas vocant sanat. Fit autē a ψω scalpo. Mā ꝙ psora laborāt vlcera siue pustulas supra modū contingere/palpare ⁊ scalpere cupiunt.

Ante T

Pte syllabica adiectio. Quere in dictione met.

Ptera. siue vt Vitr. appellat pteromata in tēplis muri duo sunt ait Stra. li. xvii. ad altitudinē ex ⁊ vtrinq; surgētes ita dicti/ꝙ alarū specie ꝙsi pregant.

Pterygiū in oculis vocatur membranula ꝙdā neruosa quę oriens ab angulo vel a nariū vel temporū parte ad coronam vsq; interim ⁊ pupillā operit. Plin⁹ lib. xxviii. Carbinię effect⁹ siccare/sanare/sistere fluxiones/pterygia ⁊ sordes oculorū purgare. Pterygium vo in digitis apud Paulū Ęginitam est cum caro excrescit partem illam contegens quę est in vngue. Pterygiū inquit appellatur qđ vitiū ex paronychia fere nascitur. Et Celsus pterygion dicit esse cū recedit ab vngue caruncula cum magno dolore. Videtur enim diminutiuū esse ab πτερον. id est ab ala quam tunc videt efficere caro ab vngulis discedens. Pli. lib. xxiii. Illinit eadē cum fico ⁊ pterygijs digitorū ex vino. hęc in oculis superficie. Idem: Cū oleo etiā paronychias ⁊ pterygia tollit.

Pterna vocat pars inferior naualis veli circa mediam fere. Trachelon sūma pars carchesiū noiat.

Pterophoros/est regio apud ripheos mōtes. Ibi creduntur esse cardines mūdi extremiq; syderū ambit⁹.

Ptisana pe. cor. hordeū decorticatū: vl ordei succ⁹ siue aqua apud Colu. videt esse pultis gen⁹ ex farina hordeacea: in qua est maxima vis restaurandi vires ⁊ nutriendi. Apud grecos πτισσανη: apud latinos ptisana per simplex ī. Hinc ptisanarius pro vase in quo coquitur vel tundit. Hora. in Ser. Quid cessas agedum sume hoc ptisanariū oryze.

Ptolomeus/nomen proprium Lagi gregarij militis filij qui maxime auctoritatis fuit apud Alexandrū macedonem: post cuius mortem egypto ⁊ aphryca ⁊ magna arabię parte potitus regnauit annis quadraginta: a quo oīes deinceps egyptij reges ptolomei appellati sunt. Hic frequentissime apud amicos ⁊ cęnabat ⁊ dormiebat. Qđ si aliquando cęnā prębaret rebus illorū vtebatur. Accersiebat enim scyphos strata ac mensas. Ipse pręter necessaria possidebat nihil quin alios locupletes facere regale magis esse dicebat ꝙ locupletari. Et est nomen a greco deductum. Greci quippe πτολεμειν και πτολεμειν pugnare dicunt. Sic igit ab πτολεμω. Ptolemeus dicit sic ab τιμαω: qđ est honoro. Time⁹: Hic duos filios habuit Ptolomeū philadelphū ⁊ Ptolomeum ceraunū. Philadelphus in regno successit vir doctiss⁹ Stratonis discipulus qui bibliothecā illā celeberrimā fecit quę vsq; ad ꝓmū alexādrinorū ⁊ romanorum bellū durauit annis triginta octo. Cui successit Ptolomeus cognomēto Euergetes qđ latine dici beneficus potest. Hic viginti ser annis regno potitus mortē. Cui successit Ptolemeus philopater decemseptē regnās. Post eum ptolemeus epiphanes qui annis. xxiiii. regnauit. Cū ptolemeus philometer triginta q; nq;. Deinde ptolemeⁿ euergenes viginti nouem. Postea ptolemeus phiton qui ⁊ Sother decemseptē. Postremo ptolemeus dionys⁹ qui caput magno pompeio abscidit. Fuerunt ⁊ alij hoc nomine vt pyrrhi regis filius: ⁊ Cyprior rex qui suis diuitijs romanū locupletauit erariū. Item astrologus natione egyptius quem Traiani ⁊ Hadriani tēporibus flouisse constat.

Ptolemeus a. um. possessiuū. Proper. Et ptolemeę litora capta phari.

Ptolomais idis. vel idos. ⁊ ptolomaida maidę. nomē quīq; vbiū: quarū vna est in egypto: de qua Hiero. ad Eusto. Per arenas tyri peruenit ad coboū ꝙ nūc ptolomais dr. Altera in Ethiopia: alia in phenecia: alia nili fluminis: alia in Cyrenaica, quincia aphricę.

Ptyas/dicitur aspidis sputum perniciosum απο του πτυω quod est spuo.

Ptosis/latine ruina ⁊ casus nominū.

Ante V

Pubes/proprie lanugo quę marib⁹ decimo quarto anno: fęminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. Qđ qr maturitatis est signū: factū est vt mas pubes siue puber vocetur ꝙ primū ad generandū aptus est ⁊ femina similiter ad concipiēdum. A quo impubes bis. vel impuber qui nondū lanuginē emisit: siue qui nondū ad pubertatis annos peruenit. Pli. lib. xxiii. Coctice ei⁹ impubescentē puer impubis si de fructo

ratio detrahat. Pubes etiã honeste pro parte pudẽda sumitur. Virg. Prima hominis facies & pulchro pectore virgo pube tenus. Item pro iuuenũ multitudine. Jdẽ: Haud aliter puppesq; tuę/pubesq; tuorum. Liui. lib. j. Cum pubem albanã in arcem præsidio/armisq; obtinendã auocasset. Interdũ etiaz pro populo. Unde pube præsente dicimus: hoc est populo præsente: ab his qui puberes sunt omnẽ populũ significantes. Transferẽ etiã ad alia. Virgi. li. iij. Puberibus caulem foliis. & li. iiij. pubentes herbę. Sciendũ q̃ pubes pro lanugine pro parte pudenda & p multitudine substantiuũ est & facit genitiuuz pubis. Sic etiã impubis is. qui adhuc inuestis est/adiectiuũ est. Unde impubis Juli. Et Hora. in Epo. dixit impube corpus. Ouid. li. iij. me. Impubesq; genas. Cice. Fo li. iiij. inuecti. ait: Filiũq; eius impuberem legatũ a patre missum. Liui. lib. ij. Laudatãq; virginem parte obsidũ se donare dixit: ipsa quos vellet/legerer. Productis omnibus elegisse impuberes dicitur. Ergo impubẽ dicimus ab eo qõ est pubes. Sal. Puberes omnes interfici iubet.

Pubeo es. pubes sum: vt pubẽtes herbę: & fit a pubes is. A quo pubesco/lanuginẽ emitto. Virg. lib. iij. Et nunc equali tecũ pubesceret euo. Interdũ pubescere ponitur pro crescere siue producere. Cice. lib. j. de natura deorũ Nam & fruges & reliqua quę terrã parit & tẽpestates ac temporũ varietates/cęliq; mutationes quibus omnia quę terra gignat/maturata pubescant. Virg. lib. ij. geor. Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu: id est eruberat.

Pubesco/puber fio siue cresco: a puber.

Pubertas/ętas in maribus qui est annº decimusquartus: in fœminis duodecimus. Itẽ pubertas est emissio ipsa pubis: a qua ami pubertatis dicti sunt. Col. lib. iiij. Et citra naturę quandã pubertatẽ.

Publicus a. um. quod non est priuatũ alicuius/ sed populi. Hinc respu. res populi. Abusiue tamen publica dicta sunt bona ciuitatis. Sola enim publica sunt quę romani populi sunt.

Publica sacra quę pro populo fiebãt: sicut priuata quę pro singulis hominibus familiśve.

Publica via quę in solo populi est: cuius solũ publicuz est: siue qua iter populo est. Publicas vias romani partim prætoriãs/partim consulares appellauerunt. Sunt viæ priuatę/sunt & vicinales quę in vicis sunt: vel quę in vicos ducunt. Prætera aliæ rusticæ dicuntur aliæ vbice. Militares viæ quę iter publicas sunt latiores vt capere possint milites agminatim iter facientes. Unde & illis nomen. Sue. de Augu. Iuuenes primo modicis interuallis per militares vias deinde vehicula disposuit. Curtius: Cum hoc agmine Marcº Paulũ declinauit via militari. Uię militares vt Paulus inquit exitũ ad mare aut in vrbem/aut in flumina publica/aut ad aliã viã militarẽ habent.

Publicũ consiliũ/dictus est senatus. Cice. lib. de Ora. Pericles athenis plurimos annos princeps cõsiliũ publici fuit.

Publico as. publicũ facio manifesto. Justi. Non cõtẽtus voluptatũ suaz tacita conscientia: nisi etiã matrimonii reticenda publicaret. Et publicare est rem aliquam publicã seu in reipublicę potestate facere. Lice. li. ij. artis veteris: Lex est apud rhodios: vt si qua rostrata in portu nauis deprehensa sit/publicet. Cũ magna in alto tẽpestas esset vis ventorũ inuitis nautis rhodiorũ in portũ nauim coegit. Questor nauim ppli vocat: nauis oñs negat oportere publicari.

Publicanos appellarũt maiores eos qui vectigalia et alios populi Romani redditus exigendos certo cõstituto precio redimebant: qui datiarii vulgo dicunt. Horum ordinem & numero amplissimũ & personaz dignitate potentissimũ fuisse cõstat. Cice. pro Plan. Flos equitũ romanorũ ornamentũ ciuitatis/firmamentum reipublicę publicanorũ ordine cõtinet. Ulpia. Publicani sunt qui publico fruũtur. Nam inde nomen habent. Et omnes q̃ aliquid a fisco conducũt recte vocantur publicani.

Publicola/cognomen publij Valerij: qui primus cum Bruto post exactos reges consul effectus est q̃ coleretur a populo: siue q̃ populũ coleret.

Publius/gnomẽ eius qui populo gratus fuit.

Publipor/publij puer. i. seruus. Sic Marcipor/Marci puer. Ueteres enim a prænominibus puerorũ seruos in familia nominabãt. Unde a Lucio Lucipores a Quinto quintipores. Et hoc est qõ Pli. ait: Jd genus seruos dominorũ fuisse gentiles: id est eodẽ noie appellatos quo domini appellabant.

Pudorem philosophi diffiniunt esse modestiã quę animum reprimit/ne prouocaciter/aut inordinate/aut turpiter peragat. Cur autẽ erubescant quos puduit dicitur a philosophis: quoniam pudefactis sanguis de corde in oñes corporis partes diffunditur: ita vt superficiem occupet. Pudor a verecũdia sic separatur a quibusdã: vt pudor sit rei turpiter actę: verecundia etiam recte facti atq; honesti.

Pudeo des. dui. itum cum accusatiuo. Luca. Semper metuit quẽ seua pudebãt. Impersonale Pudet puduit & puditũ est/Pm Priscia. Et a parte ante cõstruitur cum accusatiuo & aliquãdo cũ datiuo. Syri. lib. vij. Resides ad bella vocantur. Quis pudeat certare senes: quis p quib°. Plau. in Bac. Mecz me neq; te tuis intus puditũ est factis quę facis. Ubi patet q̃ non solũ cum genitiuo/sed etiã cum ablatiuo a parte post construi potest. Differt autẽ pudere a pigere/q̃ pudere verecundię sit: pigere penitẽtię. Salu. in Jugur. Nam postea quę fecerit incertũ habeo/ pudeat an pigeat magis. Hora. Pudere est in his quę turpiter fiunt. Pigere in his quę cum damno ac malo: pudere ad dedecus: pigere ad decorẽ refertur. Terẽ. in adel. Fratris me q̃dẽ pudet/pigetq;. Cõposita sunt: Depudet & dispudet penul. corre. qõ est bis seu valde pudet. Jdẽ in eun. Dispudet mihi sic data esse verba. Suppudet/parum pudet.

Pudefio is. a pupefacio fit/qõ significat pudorẽ inijcio Hel. Tibiam pudefactus oris deformitate abiecit: id est verecundatus.

Pudens/verecundus. Cuius cõtrariũ est impudens/ a quibus pudenter & impudenter.

Pudibũdus/q̃ pudore deducit. Pudibũde/cũ pudore

Pudenda virilia/quę a verẽda dicunt/q̃ vt Aug. libro xiiij. de ciui. dei. ait libidinis nos maxime pudet.

Pudicus/castus a quo fit pudicitia/castitas: quorũ cõtraria sunt Impudicus & impudicicia. A pudicº etiã fit depudico depudicas.

Pudicicia/modo pro castitate/modo pro religiosa mũdicia ac puritate. Virgil. Casta pudicicią seruat domus. Quãdoq; pro dea quę Romę colebat.

Puer tribus modis dicitur. Primo cum seruũ significamus. Teren. in an. Et puerũ inde abiens conuenit chremis. Secũdo cum puerũ contrario nomine puellę dicimus marem denotantes. Tertio cum ętatez puerilem intelligimus. Ponitur interdũ etiã p filio. Virgi. Ascaniusq; puer. Interdũ pro cinedo. Et est generis cõmunis Pm Priscia. Liui. in odys. Sancta puer Saturni filia, Declinat et hic puerus: hęc puera: sicut puellº & puella. Plau. in mer. Tu puere abi binc intro ocyus. Var. Properate viuere puere: q̃s finit ętatula ludere eẽ amare & venerꝰ tenere leges.

Puerpera/mulier quę recens peperit siue puerũ siue puellã vulgo petola dicit. Ouid. De larona: Magna gemelliperę venerantur numina diuę.

Puerperiū/tēpus quo puerpera ex dolore partus cubat. Aliquando etiā proles ipsa. Gel. diuo Augusto imperante ancilla eius in agro laurēte peperit q̄nq̄ pueros qui pauculos dies vixerunt. Mater quoq̄ non multo post mortua monumentūq̄ ei factū iussu Augusti in via laurentina in quo scriptū fuisse cōstat numeꝝ puerperiū. Sue. de Cali. Cum agrippina bis in ea regione filias enixa sit ⁊ qualiscūq̄ partus sine vllo sexus discrimine puerperiū vocitet/ q̄ antiq̄ etiā puellas pueras sicut pueros ⁊ puellos dicti tarāt.

Puerilis ⁊ hoc puerile q̄ō/est pueri: vt etas puerilis: facta puerilia.

Puericia/etas puerilis. Quādoq̄ etiā sumitur pro puritate. Var. Ea erat matrone simplicitas: ⁊ pueritia ⁊ honestas.

Puerilitas/significat actū aliquez puerilē. Sene. Qui pueritiā eius siue potiꝰ puerilitatē ludibrio habuit.

Puerascere dicunt qui exacta infantia pueritiam inchoant. A quo repuerascere q̄ō est in puerilē etatem reuerti. Q̄ō de senibus fere dicit cū desipere vitio etatis incipiunt. Cice. in Catone. Et hac etate repuerescam ⁊ in cunis vagiā. Plau. in Mer. Senex cum ex templo est iam nec sentit/nec sapit: aiūt solere eū rursum repuerascere.

Puellus diminutiū a puer/significat paruū puerū siue paruū filiū. Lucil. Cūq̄ hic tam formosus tibi ac te dignꝰ puellus. Sic puella a puera p diminutionē.

Puellaris ⁊ hoc puellare/idē q̄ō puerilis. Quintil. de filia defuncta. Tum etate tam puellari p̄sertim meq̄ comparata.

Puellascere est effeminari. Pacu. Puellascūt lasciuia adolescentes. Aliq̄n reflorere ⁊ quasi ad pueritiā redire. Var. Qui non solū in nube fiunt cōmunes verū etiam veteres puellascunt.

Pugnus a punctione. i. percussione: vel a pugna. Do. in adel. An pugnus a pugna sit dictus/an ab illo pugna. Quidā a greco deducūt πυγμη.

Pugna/lucta vel p̄liū: licet q̄nq̄ apud poetas pro stupro ponat. Terē. Habit hic aliquā pugnā. Huiꝰ diminutiū est pugnicula.

Pugno as. dimico referturq̄ ad animata: vt pugno cū hoste. Lactā. li. iij. Virtutū aialium que ob hoc vel acerrime pugnāt. Quādoq̄ pugnare est cōmittere. Gel. lib ij. Dum pyrrhus rex in italia esset ⁊ vnā atq̄ alterā pugnā prospere pugnasset. Huiꝰ composita sunt: Depugno/q̄ idez est q̄ pugno. Plau. in Sti. Ita ingeniū meū est qui cū viris depugno multo facilius q̄ cum fame Cōpugno/simul pugno. Hiero. in p̄fa. lib. paral. Totiusq̄ orbis inter se trifaria varietate cōpugnat. Expugno/pugnādo vel oppugnādo vinco. Et de personis/oppidis/ castris/nauibus/ ceteriscq̄ hmōi dicitur. Interdū expugnare nō est pugnando vincere/sed solū oppugnare. Hieroñ. lib. ij. Bachabeorū. Simon applicuit ad bethsurā ⁊ expugnabat eam multis diebus. Et in Ps. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea/ etenim non potuerunt mihi. Expugnāt autē nauis/p̄m Calistratū iure/ cōsul. cum spoliat/aut mergit/aut dissoluit/aut perfunditur/aut funes eius excidunt. Justi. Occupata arce tarētinorū expugnatis veteribus incolis. Liui. Una duas naues expugnauit. Oppugno/pugnādo vincere contendo. Impugno/valde aduersor/confuto. Lactā. lib. vij. Redeūt protinus vitia: que virtutem semp impugnant. Propugno/aduersus pugnātes pugno seu p̄cul me defendo. Ān ⁊ ppugnacula. Repugno/pugnādo resisto/cōtradico/refragor.

Pugnax/bellicosus: a quo pugnacior/pugnacissimus ⁊ pugnacitas. Augu. lib. viij. Sed tamen consuetudo aduersus me pugnacior ex me facta erat. Et libro. v. Nulla pugnacitas calumnioſarū questionum extorquere mihi potuit.

Pugillus diminutiū/significat paruū pugnū.

Pugillaris masculini generis ⁊ hoc pugillare siue pugillar. Auso. Bipatens pugillar expedi. Et pugillarem in euangelio legimus. In plurali pugillares et pugillaria. Apul. Dolebā me hercle q̄ pugillares ⁊ stilum non habebā: qui tam bellā fabellā pernotarē. Catul. ad Egnatiū. Ēn negat mihi vestra redditurꝰ pugillaria si pati potestis. Sunt autē pugillares tabellē cereꝫ: vel ligneꝫ siue alterius materię/in quibꝰ stilo scribimus dicteꝫ q̄ pugno comprehendant: vel a pungendo q̄ stilo in his pungendo scribatur. Varrō autē nominibus dicebant pugillares apud veteres. Alij duplices/alij triplices/alij quintuplices nominabantur. Erant ⁊ citrei eborei membrane dicti: q̄ ex citro ebore membranis erant confecti.

Pugil a pugna vel a pugno. Est aūt q̄ pugnare consuevit: a quo Pugillatus tus. pugilū vsus.

Pugillice aduerbiū/significat firmiter/valēter. Plau. in Epi. Quid herilis noster filiꝰ? valet pugillice atq̄ athletice.

Pugillari inquit Aug. est encraticū facere.

Pugio/genus teli: dictus a pugno quo facile apprehēditur: vl q̄ eo p̄sentius pugnetur: vt inquit Festus Fronti. lib. ij. Stratagematon. Q. sertorius cum acie decertaret barbarū qui ei nūciauerit hirtuleū perūse pugione traiecit.

Pugiunculus/paruus pugio. Cice. Hispaniensem pugiunculū. Hñ. pisonem appellat.

Pulcher a. um. q̄ō antiqui pulcrū dixere/q̄ō non est deforme: a pollendo/q̄ō polleat forma. Et quo intelligi datur hoc nomen aspiratione non habere: licet vsus vicerit cui vir repugnari potest: vt pulcher in primo ⁊ quinto casu cum aspiratione pronuncietur. Natura autem non inesse aspiratione docere hoc satis potest q̄ eius diminutiū Pulcellus a. um. aspirē minime. Est autem pulchitudo vt Cice. lib. iiij. tusc. inquit. quędā apta figura membrorū cum colorꝰ quadam suauitate. Interdū pulcher sumitur pro bonoꝫ sicut bonū pro pulchro. Teren. Forma bona fortasse: ⁊ econtrario malū pro deformi. Interdū p̄ fortis. Virgi. Satus hercle pulchro pulcher auētinus.

Pulchrefco pulchrescis/pulcher fio. Augu. Quicquid pulchrescit visu: quicquid lenocinatur odoratu: quicquid mollescit attactu.

Pullus q̄ō quidā per syncopaz a puellus dici volunt significat nouellū: id est paruū puerū ⁊ paruuꝫ filium. Unde paruos fetus quorūcūq̄ animaliū: quinetiam arborū atq̄ plātarū pullos dicimꝰ: vt pullus hirūdinis/pullus asini/pulli ranarū. Hora. in Ser. Abstemius ranę pullis vituli pede p̄cssis. Quinetiam p̄sci pullos dicebāt suos cathamithos. Unde. Q. Fabius cui Eburno cognomen fuit propter candorem q̄ eius natis icta esset fulmine/pullꝰ Iouis appellatꝰ est.

Pulluli/plantariorū sunt. Pullulus enim a pullus deducitur per diminutionē.

Pullulo as. penul. corr. quasi fetificо. Nam pullulare dicimus arbores cum a radice noue plantę surgunt. Pli. Natura ⁊ plantaria demonstrauit multaꝫ radicibus pullulante sobole dēia ⁊ paricte matre quos enecet. Eius quippe vmbra turba indigesta premit ⁊ in lauris punicis/platanis/cerasis/prunis/pauco hoc in gnere rami parcunt soboli: vt vlmorū palmarumq̄. Nullis fo tales pulluli proueniunt nisi quarum radices more solis atq̄ imbris in summa tellure spaciātur. Huius est compositū: Expullulo/quod significat extra pullulo: vl extra fructū produco. Col. libro. iiij. Nec dubiū quin gemmę que cacumini proxime sunt infecundę in eo relinquantur: ex quibus pā pinus expullulat.

Pullulasco is.pullulanus sio. Itē lib.v. Ex nouello palmite vitis pullulascit.

Pullasco is.idem qđ pullulasco. Col.lib.v. Quicquid est supra vetusta brachia amputetur: ita ex nouello palmite vitis pullescit. Hinc fit compositū. Repullesco. Idem ibi. Cum vere plurimarū stirpium natura sic se cōmodet: vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullescant.

Pullaster ꝛ pullastra/significant gallū siue gallinā adolescentes: sicut etiā a nobis dicuntur lingua vernacula. Mō enim diminutiua sunt. Sic a. V. Varrone pullastrę dicuntur iuuencę galline. Ait enim: Et ea q̄ subūcias pot⁹ veteres q̄ pullastris ꝛ quę rostra vngues non habeant acutos.

Pullicenus diminutiuū a pullus/ꝛ est qui ex gallinarū ouis nascitur. Veltius Spartianus siue Lampri. de Alexandro scuero. Et ne earū pastus grauaret annonam seruos habuit vectigales qui eos ex ouis ꝛ pullicenis ꝛ pipionibus alerent.

Pullinus a.um.qđ est pulli. Unde pullini dēctes quos primū equi iacunt.

Pullariū/qui pullorū curā habet. Liui.lib.x. Mam cuꝫ pulli nō pascerent pullari⁹ auspiciū mētiri ausus tripudiū solistimū nunciauit consuli.

Pullatio apud Col.accipitur pro fetura pullorū quę ꝛ pullicium dicitur.

Pullicies ipsa pullatio. Col.lib.ix.de turture. Huius auis etas ad saginā non tam vetus est idonea q̄ nouella. Ita circa mensam cū iam confirmata est pullicies eligit. Idem de apibus. Cum primo vere in eo vase nata est pullicies nou⁹ rex elidit.

Pullus a.um.qđ est natiui coloris.i. non plene obscuꝫ atrū leucopo contrariuꝫ/ q̄ pulli outū fere eo colore nascunt. Virgi. Me maculis infuscēt vellera pullis. Tibul. Concidit ad magicos hostia pulla deos. Unde vestis pulla dicitur fusca atra qua quis in luctu induitur. Cice.in Vati. Atq̄ etiā ꝛ a te scire cupio quo consilio: aut qua mente feceris vt in epulo. Q. Arrhū familiaris mei cum toga pulla accūberes? Sunt tamen qui dicant hūc colorē hispanū siue bethicū dicta quo pullati etiā bethycati dicunt. Var. Et bethicatus simul atq̄ leucopatus. Cuius esse rationē dicunt q̄ natiu⁹ color in Hispania subnigrior est. Jōq̄ minus vilis. Hic enim color ad nigredinē tendit alicubi plenior/alicubi dilutior. Huic primus color est niger qui ꝛ fuscus dicitur ꝛ ater. Similiter pull⁹ color dicitur impluuiatus quasi fumo ex stillicidio impluius. Plau. Impluuiatus facit vestimētis nomina. Item Suasus: vt apud eundē. Sordida ꝛ Suasa amictus togula. Ponitur tamē pullus pro nigro. Col. Atq̄ oleris pulli radix: hoc est oleris atri.

Pullatus/pulla veste indutus. Hoc est lugubrē habitū ferens ex parentū morte qui ꝛ atratus dicit: q̄ mos a Lydis ceptus fuit. Cice. in Vati. Quis vnq̄ cēnauit atratus cum ipse epuli dominus. Q. Arrhius albatus esset. Quādoq̄ pullatus accipitur pro viliori persona siue rudi ꝛ imperita. Suc. de Aug. Militez secreuit a populo: multis ex plebe proprios ordines assignauit: prętextatis cuneū suū ꝛ proximū pedagogis: sanxitq̄ ne quis pullatorū media cauea sederet Quintil. Feriri pectus/frontem cedere mire ad pullatū circulū facit. Hoc est ad cumulū rudiū atq̄ imperitorum hominum.

Pulligo/idem qđ pullus color. Pli. Fuluas oues ventrū habet ꝛ alias suę pulliginis.

Pullegiū/ gen⁹ herbę seu fruticis medicinalis. Est ēm calida ꝛ sicca in tertio gradu. Ambro.ad Felicē: Mō mediocrem sumpsi ad conualescendū gratiam quasi quodā tui alloquii pullegio refotus. Hieron. Pulegium apud indos pipere ꝛcioſius est. Colu.libro.ix. Pullegū circulis fumigentur.

Puluis generis masculini ꝛ sgminini. Properti⁹: Sit mihi perpetuę puluis ethrusca dolor. Dicit aūt puluis: vt qđā putāt a pellēdo/q̄ pellat vi venti. Apud antiquos etiā puluer dicebat. Sed ab eo qđ est puluis: gtūs erit puluis.a puluer ꝛo pulueris. Verum in vsu tm̄ est puluis in recto: pulueris in obliquis.

Puluiſculus ꝛ puluiſculū diminutiua sunt a puluis. Et generaliter de omni puluere dici potest. Apul. Misit vt pesti mūditias dentiū nitellas oris ex arabicis frugibus tenuē candificū/nobilē puluiſculū complanatorē gingiuę. Hiero. Nescio qđ puluiſculū Propertie aūt significat pulueręillum quo vtūtur puellę qui ꝛ cinis dicit: ad cuius differentiā alius cinis immūdus appellatur. Virgi. Et cinerem immundū lætos iacta re per agros. Hinc puluereus pulurea pulereum ꝛ Puluerulentus a.um.

Puluero as.in puluerem redigo. Col.lib.xii. Priuſq̄ vineę puluerent. Hinc puluerati⁹ quę est genus culturę. vt inqt Ser. Quo iminutę glebę vitib⁹ applicāt

Puluereſco/in puluerē redigor: qđ a puluereo fit. Vñ ꝛ diſpuluereo pro diſſoluor.

Puler/animal notū dictū q̄ ex puluere generet. Quo nomine etiā dictus est vermiculus herbis ꝛ przecipue brassicis infestus. A puler fit pullicin⁹: sicut a musca muſcinus: a formica formicinus.

Pulicoſus/pulicibus plenus. Colum.li.viii. Pulicose cani remedia sunt sume ciminū trituꝫ pari pondere cum veratro aquaq̄ mixtū ꝛ illitū: seu cucumeris anguinei succus. Vel si hęc non sunt/ vetus amurca per totū corpus infusa.

Pulmo/est vnū ex visceribus de natura sui spōgioſus: ꝛ ideo spiritus capax qui diuiditur in similitudinem vngulę bouis: ꝛ duę illę partes fibrę vocantur: sicuti in omnibus visceribus. Respiramus autem pulmone. Unde Persius: Qui pulmo animę przelarg⁹ anbelet. Attollitur enim spiritus attrahēdo et emittendo deprimitur. Et pulmone nascit tabes quam greci ptisin vocant. Tūc enim pulmo tabescit. Qui. Cernis vt e molli sanguis pulmōe remissus: Ad stygias certo limite ducat aquas. Apud veteres pluraliter tm̄ pulmones dicebant sīc ꝛ cerulices. Plau.in Cur. Pulmones distrahūtur/cruciat cor. Cice.lib.ij.tuſc. Quę lateri inherens motu lacerat/ viscera vrgens q̄ grauiter pulmonū haurit spiritus.

Pulmonarius a.um.qđ laborat pulmonis morbo: vt ouis pulmonaria apud Col.quā li. viii. ait: curari similiter vt suem inserta per auriculā quaꝫ veterinarii consiliginē vocant. Dicit etiā pulmonarius de morbo: quē greco vocabulo pneumonicū ꝛ peripneumaticū appellant. Et herba pulmonaria vocat a medicts quę est folijs mollibus albo maculatis.

Puluinar penul.pro.quasi pluminar: est qđ capiti dormituri supponimus ad puluinoꝫ similitudinē. Iuue. Feda lupanaris tulit ad puluinar odoreꝫ. Quo etiā nomine dicit lectulus qui in templis sterni cōsuevit numini dicatus. Unde lectisterniū nūcupatur: sicut docet Aug.lib.iij.de ciui.dei. Liui. Curatū lectisternium: ꝛ per triduū habitū decemuiris sacrorū curantibus ꝛ puluinaria in conspectu fuere Jouꝫ Junoni alterū Neptuno ꝛ Mineruę. Tertiū Marti ꝛ Veneri. Quartū apollini ꝛ Dianę. Quintum Vulcano ac Veste. Sextū Mercurio ꝛ Cereri. Videtur autē dici puluinar a pluma qua fulcit. Abusiue tamē puluinaria pro templis dicunt. Inde apud Liuiū legit: ad omnia puluinaria sacrificataꝫ fuisse. Vident etiā accipi pro illis puluinis in quibus simulachra deorū recumbentia collocant. Acron. Puluinaria dicebātur aut lectice diuorū aut tabulata in quibus stabant humina vt eminentiora viderent.

Puluinus seu puluillus a pluma quasi plumin⁹ q̄ plumis pullorū fiat. Ceruical seu plumatius. Hiero. in terra pro puluillo capiti supponebāt. Quādoq; accipitur p lecto. Licer. in Ver. actio. vij. Nam vt mos fuit bithynię regibus lectica aperta foro ferebat in qua puluinus erat perlucidus melitēsi rosa farctus. Apul. Quattuor eunuchi confestim puluinis, cōpluribus vento tumentibus pluma delicata terrestrem nobis cubitū perstruūt. Item pluuini vocantur qui scabellis subiiciuntur quo mollior sit sessio. Hoc est lectuli quidā exigui lana/vel ramento/vel pluma/vel alio genere pleni: vulgo cusini. Lice. Afferri iussit puluinos & omnes in suis sedibus sederūt. Iuue. De puluino surgat equester. Et puluini areolę terra elata inter duos sulcos in hortis: quę porca a porrigēdo in agris appellatur. Habet enī veluti puluinorum in quibus sedemus similitudinē: propter quod & totus a q̄busdā dicitur. Pli. Areis distingui: easq; resupinis puluinorū totis ambiri singulis tramitum sulcis qua dat accessus homini scatebrisq; decursus. Col. li. xi. Alpicū habet velut alliū plures coherentes spicas. Neq; cum sint diuise liratim seri debebūt vt in puluinis posite minus infestētur hyemis aquis Idem lib. iij. Omniū autē gentiū ramos circa kalendas martias in hortis per puluinos arearū disponere conuenit. Item puluinus arena durior quę in modum sagi lapidescit. Uicrru. lib. v. Puluinus firmissime struatur. Item puluin⁹/machina qua naues in portum subducūtur. Ouidius: Collaq; pręlorū nostra ferenda dedi.

Puluinatus a. um. q̄d est ad similitudinē puluini molle ac pueril. Pli. Lanuginoso ac puluinato calice.

Puls victus antiquissimus ex farina aqua melle seu caseo ouo decocto factus: quo pro pane veteres vtebātur. Dicta q̄ ita sonet cū aqua feruēter aspergit.

Pultarius a pulte accipit̄ p vase pultis. Cor. Cel. Si cętera defecerint caliculus aut pultarius oris cōpressioris ei rei cōmode aptatur.

Pulmētū ipa puls vel aliud cibariū ad modum pultis factum. Apul. Jus porcorū pullorū pisciū & ius pulmentorū largissimas epulas.

Pulmentariū etiā dicit̄ q̄d inter cibos sumitur in similitudinem pultis factū. Hoc est q̄d pulmentis vicem prębet. Iuue. Veniet qui pulmētaria cōdit. Plini⁹: Primū in latio cibū pultem fuisse/nō panem scribit: argumētoq; ad id esse q̄ pulmētaria p cibis sua etiā ętate dicerent. In euangelio quoq; legimus: Nūq̄d pulmentariū habetis? Posset etiā dici pulmentariū pulmenti repositorium.

Pulmentariū testuaceū ꝺ torta q̄ coquit̄ sub testa.

Pulticula dimi. a pulte/quo vsus est. Pli. lib. xxvj.

Pulpa quādoq; dicitur neruus ille qui ab aliquib⁹ dicitur ιμιον. Inter pulpas inquit Pli. et venas discrimen facile: venę latiores/cādidiores q; sunt: pulpę fistulosibus insunt.

Pulpamentū a pulpa dictū est: & accipit̄ pro cibo lautiore. Terē. Lepus tu te es & pulpamentū queris.

Pulpitū/locus ante scenā editior in quo omnis comedia recitabatur. Hęc λογειον. Ponitur etiā pro suggesto: id est pro quocunq; loco edito vnde sermo habetur ad populum.

Pulso as. frequentatiuū a pello /significat sępe percutio/verbero. Lice. de suppli. Lictores constitut valētissimi ad pulsandos verberandosq; homines exercitatissimi. Teren. in adel. Sed q̄s hoc ostiū pulsauit? Transferē & ad animū. Ambro. Dehinc terroribus pulsat. Plau. in epi. Id ego experior cui in vnū multa confluūt: quę meū pectus pulsant. Interdū pulsare est violare/lędere. Virgi. lib. xij. Pulsatos referēs infecto fędere diuos. Interdū sonare: vt pulso lyrā. Pertinetq; pulsare/ad homines: sonare ad instrumēta: vt sonat campana. Unde dicimus: Pulsatum est ad tertiā: nō autē sonatū. Cum autem dicimus: pulso cytharā: idem est q̄d cano vel ludo. Virgil. Jā pectine pulsat eburno. Huius cōposita sunt: Cōpulso/q̄d est valde pulso. Aug. Fortuus est qui & tumlibet expulses/& tumlibet lanies/& tumlibet vellices/nō expergiscit̄. Propulso de quo supra.

Pulto as. idem q̄d pulso: fitq; a supino pultū quo antiqui vtebantur. Plau. Pultando cōfregi fores. Teren. Cesso iam pultare ostium.

Pulsus est ille vbi cōiungitur manus lacerto. Pli. Arteriarū pulsus in cacumine membrorū euidens maxime index morborū in modulos legesq; metricas per ętates stabilis: aut citat⁹ aut tard⁹. Idem alibi pulsum percussum appellat. Nam vitę gubernacula tenet & ictu crebro/aut languido valitudinem indicat. Nam lib. vij. sic ait. Uenaq; inęquali /aut formicāte percussu: sed hoc ex arterijs est.

Pumex/lapis cauernosus qui ad corpora leuigāda lauandissimus est. Virgi. li. xij. Et cum lacebroso pumice pastor. Catul. Fgmi. genere. ptulit. Pumices prę cipui sunt in eolis insulis. Probatio eorū est in candore ac minimo pondere: & vt maxime spōgiosi atq; aridi sint ac teri faciles. Nec in fricando arenosi.

Pumicosus a. um. q̄d pumicis vl naturā vel similitudinē habet. Et pumicosus ō & locus pumicibus plenus.

Pumico as. penulti. cor. pumice polio/leuigo. Tibul. Pumicet & canas tōdeat ante comas. Unde pumicatum pumice politū.

Pumilis pe. cor. re. parvus nanus. Col. lib. ix. pumiles aues nisi quę humilitas earū delectat/nec propter fecūditatē/nec propter aliū redditū nimiū probo.

Punctus q̄d nisi deprauate barbareq; dicit̄ in neutro. Sene. Punctū est & adhuc puncto minus q̄d incolimus. Pli. lib. ij. Non aliud est terra vniuersa q̄m mūdi punctus. Tradunt Geometre punctū esse corpus indiuiduū: in quo neq; longitudo/neq; latitudo/neq; altitudo deprehendit̄: & ob incōprehensibilē breuitatem sui in partes diuidi nō posse: q̄d protractū lineā efficit: id est corpus vnius dimensionis. Longū enī est sine lato & duobus punctis ex vtraq; parte solam longitudinē terminantibus continetur. Hanc lineā si geminamus alterū corpus efficitur q̄d duabus dimensionibus extruitur lōgo latoq;/sed alto caret: pūctis autem quattuor continet̄ per singulas scz lineas binis. Et hoc greci επιπεδον. nostri planū siue superficiem vocant. Quādoq; tamen punctū sumit̄ pro tēpore vel horę momēto. Lice. Lecinne: Itaq; ne pūctum quidē tēporis in ipsa fortuna fuisse. Quandoq; pro minima cuiusq; rei particula. Idem pro Plācio Nam q̄ questus es plures testes te habere de voluntate q̄m quot in ea tribu pūcta tuleris. Quādoq; pro suffragiis & fauore: quoniā veteres suffragia non scribebant: sed puncto notabant. Unde expuncti dicebantur viles electi: siue fauore priuati. Horat. Omne tulit pūctū qui miscuit vtile dulci: hoc est solus suffragia iudicū tulit qui & vtile & dulce scripsit: quoniā prodesset & delectaret.

Punctim aduerbiū/significat per punctiones infectionesq; gladii siue pungendo.

Pungo is. pupugi/vel punxi punctū non solū deferro/sed de quacunq; alia re dicit̄ Var. Admota aspis: cuius pupugerit si non occidat: sciat ex psillorū esse stirpe. Hiero. ad Marcellā: Mudiustertius de beatę memorię lea aliqua diceramus: illito pupugit animum. Huius cōposita sunt Cōpungo/ q̄d est totū pungo. ferio seu signo. Cice. lib. ij. offi. Ad eā ex epulis in cubiculū veniens barbarū: & eū quidē vt scriptū est cōpunctū notis thraicijs districto gladio iubebat an-

teire.i.signatū vel percussum. Ūñ sequit: O miser qui ⁊ barbarū ⁊ stigmaticū fideliorē putaret q̄ cōiugem. Expungo/fozas mitto. Persi. Quē ,primꝰ hęres impello expungam Lozm. Prozie expungā.i. fozas mittā. Tractū a militibus q̄ expuncti dicuntur dum e militia mittunt. Repungo. de quo alibi.

Punio is.iui.itū. Ǫd ⁊ penio dicit quasi pgna afficio. Hinc impunitus/nō punitus. Sal. Impunitos eos dimisere. Impunitas.

Punicus a.um. penultī. coz. quasi penicus a penus qui a penicia detracta aspiratione. Virg. Punica regna vides. Et punicus coloz siue punice⁹ qui est colozis rubētis qui⁹ grece phenicos dicit. Hoza. Puniceis inuecta rosis. Nam exuperantiā ruboziscz splendozem teste Hel. significat. Punica mala granata quę hoc cognomen sibi circa carthaginē vendicarūt/vbi ⁊ multa ⁊ insignia nasci perhibētur. Granata dicuntur a granis quibus sunt referta.

Pupus/puer paruulus tenerioz/pupa puellula. Var. Dammā lactātis sugētē pascere pupū. Auso. Barbara quę latias vincis alumna pupas. Var. Pupā se dicit Helia cū sit anus. Et a similitudine pupa q̄dz paruula puellaris imago dicit. Var.i Origo. Itaq̄ breui tēpoze magna pars in desiderū pupaz ⁊ sigillozum veniebat. Moris autem fuit veterū puellarū paruula quędā puellaria simulacra ex linteo insuere: deinde tomento infarcire: tū vestibus amicire. Has virgines puericiā egresse Veneri tanq̄ virginitatis sue insignia cōdonabāt: vt faustū futuz matrimoniū cederet. Ūñ Persi. Dicite pōtifices in sacro q̄d facit aur? Hēpe hoc q̄ Veneri donate a virgine pupe.

Pupulus ⁊ pupula diminutiua a pup⁹ ⁊ pupu. Catul. Deprehendi modo pupulū puellę.

Pupillus siliter a pupus deriuaī ,p impube: qui desijt esse in patris potestate/vel morte vl emancipatione. Viero. Pupillus dicit qui nō habet patrē. Orphanus qui nec patrē habet nec matrē.

Pupilla a pupa diminutiū sicut ⁊ pupillus pro mare. Et pupilla pars oculi parua in media cornea sita: in qua vis speculi redditur. Et sic est diminutiuum a pupula. Sui. Suspicoz ⁊ fama est oculis quoq̄ pupula duplex. Et Pli. libzo. xj. scribit absolutam vim speculi in oculis: vt tam parua illa pupula totā imaginem reddat hominis.

Pupula. Vide in dictione pupilla.

Pupulū/vbs est a latere meridionalis sardinię.

Puppes ⁊ puppis/vtroq̄ modo dicit pro naui. Sui. de pon. Dū mea puppis erat valida fundata carina.

Purpurissum/colo: factiti⁹ quo genas oblinūt mulieres porphyra a grecis a nostris purpura. Hinc porphiriacus/purpureus. Ouidi⁹: Et porphyriacis figere labza gemis.

Purgo as.mūdo: quasi purus ago: hoc est educo. Col. lib.iij. Itaq̄ cauatū foramen cum purgauerim⁹ vndiq̄ adrasos surculos inserimus. Terē. in adel. Pisces ęteros purga dzomo: congz istū maximū in aq̄ sinito ludere paulisper. Per translationē purgare significat excusare. Idem in Eu. Sed heus tu purgen ego me de istac thaidi/q̄ eā me amare suspicata est? Purgari rationes dicūtur quādo decidūtur supflua aut obstātia/collatione facta accepti ⁊ expensi. Hui⁹ verbi cōposita sunt: Depurgo/expurgo/pfecte mundo seu palā excuso. Colu. lib.ij. Cum rursus amplioz messis prouenerit quicquid extereē capisterio expurgandū erit. Idem lib.v. De laballa cōuenit expurgari quicquid emoztuū est: deinde falce radi viuotenus. Teren. in ecy. Ǫd me accusat nūc vir sum extra noxam: sed non facile expurgari ita animū indurerūt socrus omnes esse iniquas. Perpurgo/valde purgo. Cato de re ru. Aluū mouebit ⁊ postridie perpurgabit sine periculo. Repurgo/rursus purgo. Lactā li.iij. Pollutos ⁊ aspersos maculis repurgabit.

Purgamen seu purgamētū sozdes quę ex re aliqua immunda ⁊ lurida tergit ⁊ repurgat. Hzęce perip sima dicit Col. li.j. Sterquilinia quoq̄ duo sint. Vnum qd noua purgamenta recipiat ⁊ in annū conseruet ⁊ alterū: ex quo vetera vehant.

Purus a.um. mundū sine sozde. Hinc pura vestimēta a veteribus dicebātur quę sacerdotes ad sacrificia sumebant: id est non obsita/non fucata /nō maculā habētia. Et pure lautū/qd aqua pura lotum erat. Et purum aurū qd expurgatū/coctumq̄ esset. Ulpia. Purum locū esse diffinit/qui nec sanct⁹/nec sacer/nec religiosus est. Putus contrariū est impurus qd modo sozdidū contaminatūq̄ significat. Lice. Omultis illum ingenuis/q̄ multis matribus familias in illa terra atq̄ impura legatione vim attulisse existimatis? Modo improbum. Ter. Mei loci atq̄ ozdinis homine haut impurū.

Puritas/⁊ mūdiciam ⁊ simplicitatem significat. Cui⁹ contrariū est impuritas/turpitudo seu improbitas.

Puro as.purū facio quasi puz extraho. a quo depuro penul.pro. Unde depuratum dicimus mundatum. Suppuro de quo loco suo.

Purulentus a.um. qd sanie plenū.

Quisnam interrogatiuū est:id est namquis? Quispu/tas:id est quis credis?

Qui cum sit relatiuū substantię:ponitur tamē aliquando aduerbialiter ꝓ quō. Cice. Qui fieri poterat vt eius doloꝛe non angerer qui mecū semper familiarissime vixisset. Aliquādo ꝓ quemadmodū /cuius idem fere recidat. Teren. in an. Nunc si quid potes aut tu aut hic birria facite/fingite/inuenite/efficite/ꝺetur tibi. Aliquādo sumitur ꝓ vt. Idem in eadē: Non qui argumentū narrat:sed ꝺ veteris poetę maledictis respondeat. Aliquando ꝓ vtinā. Idem in phoꝛ. Qui illū dū omnes perdant. Aliquādo ꝓ vnde. Idem in Ecy. Nec qui hoc mihi eueniat scio. Et in an. Nam qui istęc tibi incidit/suspicio? Aliquando ꝓ cur/quā ob rem. Cice.li.v.tus. Qui enim beatiꝛ epicurus q̄ in patria viuebat q̄ Hetrodoꝛus q̄ athenis? Teren. in an. Mā potest qui? Do. Qui:id est quā ob rē. Composita a qui sunt: Quidā/q̄cunq̄ quiuis/quilibet:a quo vnusquilibet.

Quia coniunctio causalis/quę interdū bis repetitur sequente subiunctiuo vel indicatiuo. Quintil. Mō ꝺa prodesse nō q̄ satis sit:sed quia hoc prospicere debet ne quid peius q̄ fecerit faciat.

Quianam aduerbiū interrngādi/significat quare. Virgi.li⁹. Heu qꝛ nam tanti cinxerūt erbere numbi?

Quiane vna particula est: ⁊ significat reuera. Virgi.liu. Quiane auxilio iuuat ante leuatos.

Quibus in extremis elegāter dicit:ꝓ quorū in extremo. Cice. Litterę ꝺantur mihi a te/quibus in extremis scriptum est.

Quid nomen substantiuū: vt Quid negocij tibi est? Interꝺuꝫ ponit ꝓ aliquid: vt si quid habes noui mihi scribe. Aliquādo est aduerbiū interrogandi ꝓ cur vel quare. Teren. in an. Sed quidnā pāphilū exanimatū video? vt sit quidnam hoc Quidi. Quid facis gnone:quid mandas semina arenę? Aliquādo ponit ꝓ in quo. Cice. in Lel. Quid enim indigens aphricanus mei? Quintil. Quid tibi tātū malū feci/ quid offendi? Similiter apud Lucā. Et si quid aliquē defraudaui/reddo quadruplū. Cōposita sunt: Quicq̄d quidq̄/quidcꝫ/quidpiā/nequicq̄ /quidnā/ nunquid/quidne/quidni/quilibet/quicūq̄/vnūquidquid /vnūquidcꝫ/vnūquidlibet. Ascen. Usus habet vt d sequēte q mutetur in c: vt Quicquid/quiccꝫ/quicq̄ ⁊ seqn te ꝑ in p: vt quippiā. Quidcūq̄ autē ⁊ vnūquidquid aut vnūquidcꝫ aut vnū quidlibet nequaq̄ ꝺixero:sed qꝺcūq̄ vnū/qꝺcꝫ quodlibet vnū ⁊c.

Quid agimus? consiliū querentis est.

Quid isthic? aduerbiū affirmandi: sicut quidni? cur /nō profecto. Et sic est tanq̄ si ꝺixeres/quid? ⁊ abundat istic. Vel potius:quid istic significat dominē de loco ⁊ de sentētia ꝺecedere. Teren. in an. Quid istic si ita istuc animū induxisti esse vtile:nolo tibi vllū cōmodū in me claudier.

Quidita? significat cur. Quidni? significat certe: vt certum est. Videlicet cur non. Et duę partes sunt ꝑm Prisci⁊. sicut cur nō. Teren. in eu. Habesne hominē amabo. Quidni habeam? Ueteres eū ni.ꝑ ne ponebāt: ⁊ ne.ꝑ nō. Plau. Mi stulta sis: ⁊ ne vult.ꝑ ñ vult.

Quidnam ⁊ namquid ⁊ quid ne. Interrogatiua vel nomina vel aduerbia. Quid tum ꝺenicꝫ? quid ergo? qꝺ itaq̄? quid postea/qꝺ interea significant/ quo pꝛinet istuc ꝺ quo loqueris: siue quid attinet hęc ꝺicere /aut quid sibi vult hic sermo.

Quid hominis habes? cū ꝓtemptu ꝺicit. Teren. in ecy. Sed quid mulieris vꝛorem habes.

Quid queris/significat quid plura vel qꝺ opus est verbis. Modus ꝺicendi cū paucis volumus ostendere aliq̄ꝺ. Hoꝛa. Quid q̄ris? viuo ⁊ regno simꝫ ista reliq̄.

Quidquid vt quidā aiunt mutat ꝺ in c/ne bis interroꝛare videamur. Sic q̄cq̄ /ne si ꝺ.scriberetur: modo consimili quid sit q̄ interroꝛare videamur: Sed nō est ratio satis ponderosa: vꝛputem non repꝛehendēꝺum qui scripserit quidquid ⁊ quidq̄. Est autē quid/quid substantiuū: sicut ⁊ quid. Ideo genitiuū substātiui vel adiectiuū exigit: vt quidquid pecuniarū qꝺ/quid molle/quodcūq̄ adiectiuū. Inde substantiuū in codez casu patitur: sicut ⁊ quid: vt quodcūq̄ eglum: adiectiuū ꝺo respuit.

Quidam. Vide in dictione aliquis.

Quidē aduerbiū affirmandi: quo significat certe. Et tribus modis in oratiōe accipi solet. Uno ad distinguēdas res: vt ego quidē scribo: tu ꝺo legis: ille autē doꝛmit. In quo modo duobus tm̄ comitibus vꝛi potest scz vero ⁊ autem. Altero quasi per exceptionem eius qꝺ affirmes. Quintil. Dꝛequebis quidē filiū: sed fatebit mater Cice.li.iū. offi. Ab optimis illis quidē viris/sed non satis eruditis. Pluresq̄ in hoc modo comites habere hoc aduerbiū potest/verū/verumtamen/sed sed tamē/at attamen/cęterū. Tertio cū nulla sequitur ex pꝛędictis cōiunctionibus: vt apud eundem. Aut enim nemo qꝺ quidem magis credo: aut si quisq̄ est ille sapiens fuit. Eius cōposita sunt Equidem ⁊ siquidē: de quibus alibi.

Quilibet vnus quem tibi capere libet. Recentioꝛes tamen philosophi ꝑ vniuersali termino accipiūt. Ponitur etiā aliquando ꝓ vili ⁊ obscuro. Pli.lib.vij. Bis ab Annibale captus: neq̄ cum quolibet hoste res fuit. Huic simile est hoꝛatianū illud: Non cuiusuis esse hominis cozinthū ire.

Quipote pe.coꝛ. significat quomodo possibile est: componitur autē ex qui ⁊ pote.

Quippe significat qꝛ certe. Uir. Sz lęta ⁊ foꝛtia surgūt quippe solo natura subest. Interꝺuꝫ significat quidē: hoc est certū est. Idem: Atq̄ hominuꝫ queriē curare triūphos. Quippe vbi fas versum atq̄ nefas tot bella per oꝛbē. Tam multę scelerū facies.

Quies substātiuū ḡminini generis: q̄uis etiā adiectiuū triū generū inueniat. Salu. lib.ij. histo. Et inḡte nomine histriōis vir sane burbuleiū appellabat. A quo similiter Inquies generis omnis ꝑm Prisciaꝛ. pōt facere genitiuū quietis ⁊ quiei quintę ꝺeclinationis. Unde requies/requiem ⁊ requietem accusatiuū facit. Cice. in. Lato. Ut meę senectutis requietem ꝺelectamentaq̄ noscatis. Differūt vt quidam aiunt quies⁊ tranquillitas/q̄ quies coꝛpoꝛis sit:tranquillitas animi. Cice. in pꝛolo. li. de oꝛa. Nam qui locus quietis ⁊ trāquillitatis plenissimus foꝛe videbatur:in eo maxime moles molestiarū et turbulentissimę tempestates extiterūt. Est autem pꝛopꝛie quies somnus dicta quasi qui tibi es: ⁊ nullo alio negocio destineris. Tunc enim ęteris negocijs vacamus cū ꝺoꝛmim⁹. Salu. Namq̄ animus impurus ꝺijs/ hominibusq̄ infest⁹/neq̄ vigilijs/neq̄ quietibus sedari potuit:ita conscientia mentem excitaq̄ verabat: Pꝛopter quod etiam quies pꝛo tranquillitate accipitur. Cuius con

trarium est inquies: hoc est cura ⁊ sollicitudo ⁊ molestia. Hinc quietus / tranquillus / inquietus / turbat⁹ / sollicitus. Quietudo ⁊ inquietudo.

Quiesco is. quieui quietū / modo dormio significat: modo sto / non moueor: vt cum dicimus: Quiesco. Modo curis siue labore vaco. Modo quiescere facio / ꝑ / sertim si accusatiuo iungat. Unde Uir. in buc. Req̄ erunt flumina cursus. i. q̄etos esse fecerūt. Sic Sal. Paulū requietis militib⁹. Quiesco em̄ ego aliter dicim⁹ ⁊ aliter quiesco seruū. i. q̄escere facio. Plau. Quiesce tumultū qui est ante hostiū. Hinc cōponūtur Acquiesco / aliquantum quiesco. Lice. Ser. sulp. His ꝺo tēporibus habemus aliud nihil in quo acq̄escamus. Quādoq̄ significat consentio / condescēdo. Hiero. in prolo. Iudith. Sed q̄ hunc libꝝ synod⁹ nicena in numero sanctarū scripturarū legit cōputat se acquieui postulationi vestrę. Conquiesco / bene q̄esco. Lice. lentulo: Tu nisi perspecta re de me nō conquiesti. Requiesco / sicut quiesco. Uirgi. Hic tamen hac mecū poteris requiescere nocte frōde super viridi. i. dormire. Idē: Et mutata suos req̄erunt flumina cursus. i. q̄etos esse fecerūt. Hiero. in Gn̄. Et requieuit die septimo ab uniuerso ope q̄ patrarat.

Quin / varijs modis dicit̄. Nam aliquādo ponit̄ ꝓ cur non? Cum scz increpātes vel interrogātes vel exhortantes dicimus. Quin venis? quin fugis. Uirgili⁹: Quin tu aliquid saltē potius / quorū indiget usus: viminibus mollīq̄ paras detexere iunco? Licero ꝓ Rabi. Quin cōpescitis istā vocem iudicem stulticię. Aliquādo ꝓ q̄ seu vt. Idem: Non dubito quin eo sis animo quo ego essem / si quid tu me rogares. Teren. Non dubiū est quin vxorē nolit filius. Aliquando ꝓ quinetiā: id est insuper / pręter id siue atq̄ etiā. Tunc em̄ per hanc particulā magis cōfirmam⁹. Uirgi. Quin aspera iuno. Quę mare nunc terrasq̄ metu cęlūq̄ fatigat: Consilia in melius referet: qđ ⁊ quin / immo quādoq̄ dicit̄. Aliquādo ita ponit̄ quasi videatur esse ꝓrariū priori significato: q̄ non / vel: vt nō. Lice. Non idcirco causas isocrates non defendit q̄n id vtile esse ⁊ honestū existimaret. Similiter cum dicimus: Non possum me continere quin gestiā: id est vt non: vel quominus gestiā. Uirgi. Hic tibi nequa more fuerint dispendia tanti: Quin vatē insanā aspicias. i. vt non. Aliquādo ponit̄ ꝓ qui nō. Lice. Nemo est nostrorū quin vota victorię sue fecerit.

Quinimmo / quinpotius: vt Quinimo beati qui audiunt verbū dei ⁊ custodiunt illud.

Quintilis. Julius mensis dict⁹ / q̄ sit quintus a Martio qui apud antiquos primus anni mensis erat.

Quinq̄ / nomē numerale ⁊ inuariabile: a quo Quint⁹ a. um. Quinus a. um. Quinarius a. um. Quinq̄es / q̄ncūs. Quinq̄mestris. Quincuplex. Quincuplex. Quindecim q̄nq̄ginta. Quingēti q̄nq̄gesim⁹ ⁊ hmōi

Quinquertium ⁊ Quinquertiones. Uide in dictione pentathli.

Quinquatria oꝝ. ab eo q̄ quinquatre in singulari: sicut bacchanale ⁊ vulcanale. Festa erant quę quinq̄ diebus palladi fiebant: vt Ouiđ. lib. iij. fas. innuit ita appellata quoniā q̄nq̄ diebus post idus celebrabātur. Mam dies post idus ater erat. Inde quinquatria q̄si quinq̄ ab atro die. Primo die fiebant sacrificia: tribus sequentibus gladiatores in theatro certabant. Quinto die erat lustratio. Unde ait: Una dies media est: post fiunt sacra mineruę. Nomina quę a iunctis quinq̄ diebus habent. Sanguine prima vacat / nec fas ꝓcurrere ferro. Causa q̄ est illo nata minerua die. Altera tresq̄ supra strata celebrant arena. Ensibus exertis bellica lęta dea est. Sunt qui dicant hāc diem munusculorū quoq̄ esse / quo tēpore matrone inter se inuicē munera missitabant ⁊ cenas seruis apponebant: vt viri Saturnalibus. Dicitur ⁊ quinquatrus sicut triatrus / sexatrus / septimatrus / decimatr⁹ Jungiturq̄ hęc particula atrus q̄ nihil significat supplementi causa. Var. lib. ij. de lin. la. quinquatrū die vnum festū esse dicit sic appellatū / q̄ erat post diem quintum idus Martij / sicut sexatrus ab Tusculanis vocatur dies post diem festū ⁊ septimatrus post die septimū. Declinatur autem substantiue in plurali tā tertię q̄ secūdę declinationis sicut cętera festorū nomina. Juuen. Incipit optare ⁊ totis quinquatribus optat. Lice. Ita tumultuosę contentiones ita molestę quinquatris afferebātur. Diomedes ꝺo quinquatrę a prima declinatione protulit.

Quincūces / uncię quinq̄. Hinc quincuncialis ordinum ratio ꝺ q̄ apꝺ Var. Pli. ⁊ Col. fit mētio. Quincuncialis ꝺo herba dicit̄: vt trientalis a mensura. i. q̄ solio quincuncē aut trientē equet amplitudine. Quincūces etiā vsurę sunt quotiēs ex centū nūmis: vt exēpli grā sit quinq̄ nūmos vsurę nomine percipimus. Sic semisses vsurę / trientes / besses ⁊ hmōi.

Quirites penul. pro. romani dicti sunt: a quirino: id est a Romulo vrbis romę cōditore: qui a quiri hasta quirinus appellatus est / q̄ hasta assidue vteret / quę sabinorum lingua quiris dicit̄: vnde quidā securim dictā putant / quasi semiquirim: q̄ꝫ a secādo etiā dici potest. Siue q̄ cures vicerit. Siue q̄ greci regē κυριον dicunt. Constat autē romanos eo tēpore grecos fuisse. Ouidi. in fas. Siue q̄ hasta quiris prīcis est dicta latinis. Bellicus a telo venit in astra deus. Siue suo regi nomen posuere quirites. Seu q̄ romanus vicerat ille cures. Alij quirinū dici existimant ob generis nobilitatē a patre suo quirino: hoc est marte. Romani enim martē dum seuiret gradiuū: dum trāquillus esset quirinū nominabant. Et q̄ꝫ hoc nomen quirites quidā tm̄ pluraliter declinari velint: apud poetas tamen reperimus quiritē a quiris quiritis vel q̄rites itis. vel hic ⁊ hęc q̄ritis. In genitiuo plurali q̄rtium ⁊ quiritū per sincopam. Persius. Heu steriles veri / quibus vna quiritem vertigo facit. Quiđ. An si pulsassem minimū de plebe quiritē.

Quirinus pe. co. Uide in dictione quirites.

Quirinalis / collis dictus est / q̄ in eo quirini cōplū erat: siue q̄ in eū cōmigrauere sabini a curibus venētes. Et quirinalis porta romę dicta / q̄ ea in collē quirinalem itur: vel q̄ proxime eā esset quirini sacellū.

Quirinalia vocabant diē quo sacra quirino fiebant.

Quirito as. pe. pro. qđ ⁊ quiritor dicit̄ / significat clamo romanos cōmoueo ⁊ quiritū auxiliū inuoco. Varro Quiritare quirites ciere. Nonius: Quiritare ē clamare. Lucil. li. vii. satyr. Cōcursans veluti ancharius clareq̄ q̄ritās. Ab Apul. ponit̄ ꝓ suppetias petere.

Quisquilię / purgamenta terrarū ⁊ q̄cquid ex arboribꝰ minutis / furculorū / foliorūq̄ ⁊ florū decidit vñ nomē venit q̄cquid cadit: velut quis querat illas ob id. Lecil. Quisquis volātis dixit. Et Meuius deturbate saxo homo non quisquilia est.

Quisquiliū vocant exiguū fruticem ilicis producētem coccū / quod granū est ad tingēdas vestes gratissimū. Hinc natum esse putatur: vt vestis coccina litteris ꝓ imperitiā interceptis squallata vulgo hodie dicatur ꝓ quisquiliata.

Quo accipit̄ ꝓ quanto: vt cum dicimus: Eo magis / quo magis. Aliquādo est aduerbiū loci. Uirg. Quo vos tenetis iter? id est ad quem locum tenditis. Aliquā est cōiunctio ⁊ significat vt. Pli. Hoc enim id feci q̄ tibi molestus essem. Aliquādo ponitur ꝓ quare vt inquit Dona. Teren. in an. Quo equidē sum pāphilo. Et quo ꝓ ad quid: vel in quem vsum. Horatius Quo mihi fortuna si nō concedit̄ vti? id est ad quid vultis mihi esse bona fortunę. Sic venuste interdu

desunt verba in oratione. Et apud Esaiam. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? Hinc sunt composita Adquo quoad quocirca quousq; quomodo quoquomodo quoquoversus: quoq; quocq; Aliquo aliquotiens.

Quoad componi videtur ex quo & ad sed prepostere sicut hactenus quaten⁹. Et significat donec siue q̄diu vel quousq; vt Quoad viuaz ero tibi amicus. Cice. lib. offi. Tam diu autē velle debebis quoad te quantum proficias non penitebit. Nihil differt ita loqui. Quoad viuam & quoad moriar. Hec enim q̄uis cōtraria esse videantur: idem tamen significāt quoniaz duo tempora cum inter se opposita sunt: ataq; ita coherentia vt alterius finis cum alterius initio misceatur non refert verum per extremitatem prioris an p initium sequentis locus ipse confinis demonstretur Potest autem esse interrogatiuus. Tereñ. in phor. Quid senē quoad expectatis vestrum? Relatiuū: vt Quoad iussisti parui. Infinitū vt quoadlibet studeo Cicero. Treba. Itaq; quoad opinatus sum me in p/tinciam exiturū quę tibi vltro obtulerim meminisse te credo. Aliquando rei & ingenū facultatem siue tēporis cōmoditatem significat: vt apud eundē in Lel. At quoad possem & liceret ab eius latere nunq; discederem. i. quantū. Aliquādo quantitatē rerū tantum denotat. Idem p lege agraria. Audite vos qui amplissimi populi senatusq; iudicio exercitus habuistis & bella gessistis quoad quēq; peruenit aut peruenerit ex ꝑda ex manubijs: ex auro coronario. Et sic semper exponitur pro quantum.

Quoadeius tota vna dictio significat vsq; vel inquantum vel quantum ad eius vires: vel quantum ab eo. Cice. lib.). de oratore. Officiū est de ijs reb⁹ posse dicere quę ad vsum ciuilē moribus & legibus constituta sunt cū assensione auditorū quoad eius fieri poterit: Idem. Elaboro quoadeius facere possim vt consilia hostium intelligam.

Quoaduscq; eiusdem significationis est scilicet quantū vel quousq;. Actius. Nihil te impedio quoaduscq; rem peragas.

Quocirca significat quamobrem.

Quousq; q̄diu vel vsq; ad quod tempus. Et ponitur interrogatiue. Cice. Quousq; tandē abutere Catilina patientia nostra? Relatiue: vt quousq; volui comedi: id est tam diu comedi: q̄diu volui. Infinite vt quousq; esses didici. Aliquādo significat vsq; ad quē locū: vt Quousq; agri tui fines protraxisti.

Quomodo tota vna dictio: significat quēadmodum. Cice. Quomodo potuissem te cōuenissem. Tale est ac si diceretur. Si quattuor pedibus ad te venire necesse fuisset. Quoquomodo. i. qualicūq; ratione: vt cunq; qualitercūq;.

Quoquoversus vel quoq; versum significat versus oēs partes: qđ vernacula lingua dicim⁹. En quelque partie q̄ on se treuue: vt Quoq; versus se verterit aia hominis ad dolores figitur alibi preterq; in te.

Quoq; significat aliquo id est ad aliquā partē locū ve.

Quocq; ponit pro etiā. Seneca. Tu quocq; simili modo exercere te debes. Aliquando p similiter. Virgilius Vocabere tu quocq; votis.

Quo minus significat: vt nō. Aug. sup Joānē. Si quo minus dixisses vobis. Interdū statim. Virg. Et quo minus arua insequitur. Quandocq; sunt duę partes. Ambro. sup Lucā. Fide tutus putet sibi quo minus ea requirat magis posse suppetere.

Quo iure: quacq; iniuria: prouerbiale est: quasi per fas nefas velis nolis. Teren. in And. Quo iure: quacq; iniuria me precipitē in pistrinū dabit.

Quoniā coniunctio causalis vt quoniam prodest lege. Potest etiaz esse subcōtinuatiua: vt quoniā ambulat mouet. Interdū auctore Festo significat postq̄.

Quod nomen relatiuū est: & cōiunctio causalis cū ponitur pro quia: vt q̄ scribas leto. Et non castigo te q̄ odio habeā: sed quo meliorem efficiā. vbi enim potest esse ibi etiam quia. Et vbi potest esse vt ibi potest esse quo: & ecōtrario. vt Non te castigo: quia odio habeam: sed vt meliorem efficiā. Quandocq; ponit pro sed: & in principio clausule locari solet. Cice. Q̄ si quia a me huius consilij mei causam queratur: ita respōdeo. A quod fit quoddā quodpiā quodcq; qdcūcq; quodlibet: vnūquodcq;.

Quondā aduerbiū tēporis: & mō ꝓteritū tēp⁹ denotat: pro olim: vel aliquando. Cicero. Fuit ista quondam in hac rep. virtus. Modo presens. Virgi. Quondā etiam victis redit in precordia virtus. Ponitur quādocq; pro semper. Idem vt Quondaz in stipulis magnus sine viribus ignis.

Quorsum: versus quē locū quasi quo versum: vt quorsum vadis? Quorsuz seru⁹ tuus iuerat tu uisti: quorsum sit res euasura dubito.

Quot nomen numerale: vt Quot numi tibi sunt. Scio quot nūmos habes habeo tot quot tu.

Quotquot: id est omnes qui.

Quotidie. Vide in dictione Cotidie

Quotiens: significat quot annorum: habet enim antecedentia nomina numeralia vel composita ex numeralibus & anno: vt anniculus biēnis triennis: vt tu es biennis quotennis ille: Quidā etiam vsurpant quotenniū sicut septennium.

Quotenus: relatiuum diuisiuū significat vsq; ad quem numerū. Cicero ad Atticum. In ripa nescio quotenorum iugerum.

Quotus relatiuum ordinale quo significatur cuius numeri: siue in quo numero aut ordine: vt sum primus in ciuitate: quotus es in tua. Quandocq; ponitur pro quot. Mar. Dic quotus es: quāti cupias cgnare: nec vllum Addideris verbū mensa parata tibi est. i. quot estis: & quot tecū habes: Quādocq; significat cōtinuā quantitatem & ponitur pro quantus. Juue. Quota portio fecis achęę.

Quotusquisq; in singulari: idem significat quod nomē numerale quot: vt quotusquisq; est qui aliter sentiat Aug. lib. xix. de ciuita. dei. Quotusquisq; hominū est cui ꝓfunditas vtilitatis hui⁹ appareat. Et est vetus elegansq; locutio per interrogationē & ad paucitatē referri: vt quotusquisq; studet? hoc est q̄ pauci sunt qui studeāt. Cice. Pro plancio: Quotusquisq; iuris peritus est: quotusquisq; disertus est?

Quotuplus: ad mensuram vel ad pondus refertur: vt Deus ager reddit decuplum quotuplum non reddit tuus.

Quotuplex quot generum.

R Littera semiuocalis est: & liquida quę post mutam in eadem syllaba posita precedentem syllabā modo longam modo breuē facit: vt Ouidius in dictione patrē exemplum posuit. Jam patrem famulosq; patris: lucemq; timebam: vbi pa. syllaba & producitur et corripitur. Et apud grecos in initio dictionum r littera recipit aspirationem: vt Rhadamanthus: rhea & huiusmodi. Conuertiturq; nōnunq; in l vt intelligo ꝓ interlego. Pelluceo pro perluceo: in simplicibus vt niger nigellus: vmbra umbella. In s vt arbos ꝓ arbor: odos pro odor. Transit in duo ss vt vro vssi: gero gessi. In u consonantē: vt sero seui. Tero trui. In n: vt Eneus pro ereus.

R Ante A

Rabies ei: ꝛ rabia ę. a rapio: morbus canū: cum veluti furore quodā actu: hucatq; illuc rapiuntur nec vllum quietis locum inuenunt. Alij rabiem quasi rauiem dici putant a raucitate vocis: quā rabiosi habent similem canis latratui. hinc

Rabiosus quia rabiem habet. Plinius lib. xxix. Datur morsis a rabioso ne rabidi fiant. Ponitur quandoq; rabiosus pro iracundia pleno qui veluti rabie agitatus videatur.

Rabiosulus diminutiū. Cice. Trebra Primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti.

Rabidus qui rabiem habet.

Rabio is: nimia ira ꝛ quasi rabie agitor. Varro. Quid est quod latras? quid rabis? quid vis? Cecil. Rabia rabere se ait.

Rabula a rabie vt quidā volunt ꝛ a raui. i. raucitate: vt is sit Rabula qui in negocijs agēdis acer est ꝛ rabiosus. Unde ꝛ pro aduocato ꝛ causarum patrono accipi solet. Vel dicitur a radendis auribus. Nam vt a fando fabula: a nando nabula: a stādo stabula a pascēdo pabula: ita a radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto q̄ radant. i. offendāt aures ꝛ vt ait. Quintil. Mimia verbositate feriāt quasi ab instrumento illo nuncupati quod rabula cōmodius q̄ radula vocari possit: hodie q̄q; vulgus ipsos garrulos ꝛ linguaces: ab alio instrumēto Ludiculas ꝛ pistilla cognominat. Quintil. Super omnia perit illa que Cice. in ora. Non enim declamatores aliquē deludo: aut rabulam de foro sed doctissimū aut perfectissimū querimus. Idem quasi rabule qui sibi diserti non videntur nisi omnia tumultu ꝛ vociferatione concusserint.

Racemus penul. pro. pars botryonis siue potius ipse botryon qui ꝛ botrys more greco ꝛ botryus hoc est integer vuę racemus. Est enim illa testa vuarum plurima grana continens.

Racemosus a um. qō est racemis plenum. Pli. Vedere modo racemosa est. Racemat⁹ a um: qō racemos habet. Idem libro. xviij. de panico. Paruis racemato paniculis.

Racemarius malleolus: ex quo pāpini pullulāt vel sterilis: vel certe minus feraces: vt inquit Col. lib. iiij.

Racha: nomen hebreum est inquit Piero. qō idem est qō κενος id est inanis aut vacuus: quem nos possumus vulgata iniuria absq; cerebro nuncupare. Quidam ethymologiā huius nominis de greco trahere voluerūt putantes dici pannosum Grece enim παρρος rachos dicitur. Sed nos huius verbi ꝓprietatem subtilius ꝓspicientes nihil intelligimus aliud esse racha nisi vocem incognitā irati animi cōmotionem significantis quales sunt interiectiones apud grāmaticos: sicut a dolente heu. Ab irascente hem. ꝛ huiusmodi. Aug. super Matthēū. Racha vox indignantis animi motum significans.

Rado is ſi sum: complano incido extirpo mundo. Col. libro. ix. Sic tamen ne quid radatur. Piero. in Leui. Die septima radet capillos capitis barbamq; ꝛ supercilia ac totius corporis pilos. Juuena. Nam sergius iam radere guttur ceperat. Per translationē ponitur ꝓ ledo laceroq;. Quintil. li. iiij. Me ieiuna atq; arida traditio auerteret animos: ꝛ aures ꝑsertim delicatas raderet: hoc est offenderet fatigaretq;. Huic composita sunt Abrado: adrado: iurtarado. Col. lib. iij. Reliquam partem que continēs matri est adradito ne superuacua sarmenta procreet. Circūrado. Idē libro. iiij. Recentissimū eligatur sarmentū ꝛ leniter circūrasum vt cortex tantū detrahatur. Corrado: derado: de aliquo rado. Plinius. Quod derasum est terię ꝛ cribrat. Erado extra rado. Col. li. iij. Postea surculos quos inserere voles eradito tam alte q̄ cuneum dimisisti: sed ita ne medullā: neue alterius partis corticem ledas. Interrado in medio rado. Idem in eodem. Nam si spisse posueris neq; in terra quid ferre poteris: nec ipse fructuose erunt nisi interraseris. Obrado circūrado. Et oia habent pe. ꝓductam.

Rasito as: penulti. correpta significat sepe rado. Bel. libro. ij. Comperimus autem ceteros quoq; in his temporibus nobiles viros barbam in eiusmodi ętate rasitauisse.

Rasores qui radunt. Et ꝓ translationē fidicinas qui videntur chordas ictu radere.

Rasura ipse radendi actus. Col. lib. v. Eaq; rasura ita deducitur.

Rasamentum. Idem. Terebra gallica non scobem sed rasamenta facit.

Rasilis ꝛ hoc rasile penul. correpta quasi rasum nihil extantis ac redundantis plenitudinis. Virgi. cū Et torno rasile buxum: quasi rasibile dixit.

Rasorius a um: quod ad radendū pertinet. Unde dicimus cultros rasorios.

Radix dicta est q̄ sepe effossa parum per terra raditur: vt arbor melius fructicescat. Plinius. Cum pali defixi radices ęgisset. Huius diminutiū est radicula.

Radicula parua radix. Colu. libro. iiij. Idem penus auctor ꝓbat vinacea ꝓmixta stercore depositis seminibus in scrobem mouere q̄ illa prouocent ꝛ alliciāt nouas radiculas. Et radicula vocatur herba succum habens lauādis lanis cōmodissimū: hanc greci Struthion: ꝛ lanaria ob id a nostris vocatur.

Radico as: penul. pro. radicem facio: ꝛ radicem capio dicitur Pli. li. xviij. Frumēta multis radicant fibris Hinc componitur Eradico: quod est vsq; ad radices euello. Piero. in ꝓfa. psal. Cogitis ergo vt veluti quoddā nouale scissum iam aruum exerceam ꝛ obliquis sulcis renascētes spinas eradicem.

Radifico as: similiter significat radices facio.

Radicitus penul. cor. aduerbiū significat a radice: vnde ꝛ pro omnino quandoq; ponit.

Radius splendor a sole micans. Varro. O summe sol qui totam hanc mundi cōpagem tuis radijs illustras Transfertur ꝛ ad fulgorem oculorum. Pli. Cuius ex oculis radij nocte micātes cernunt. Bel. Stoici causas esse videndi dicunt radiorū ex oculis in ea quę videri queunt emissiones. Item radius dicit virga qua Geometre lineas iudicant. Virgi. Descripsit radio totū qui gentibus orbē Inuenta autē est hęc ars tempore quo nilus plus ęquo crescēs confudit terminos possessionum: ad quos innouādos adhibiti sunt philosophi: qui lineis diuiserunt agros. Inde Geometria dicitur cum non tantū terrę sed etiam maris ꝛ cęli ꝛ aeris spacia metiri consueuerūt. Item Textoris instrumentū qō vulgo druellam nominant: quo tele annectuntur radius dicitur. Idem. Excussi manibus rudij reuolutaq; pensa. Radij quoq; rotarū dicunt: vt apud eundem. Hinc radios triuere rotis. Instrumentū etiam quo raduntur mensurę radius vocatur qō alio nomine bostrion nominat. Plau. Dij deęq; omnes tantā nobis letitiā: tot gaudia sine radio cumuletis. Et radij dicūtur oliue oblonge. Virg. Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliue. Orchades ꝛ radij ꝛ armara pausia bacca.

Radio radios emitto: fulgeo. Piero. in ꝓlo. Paral. Ubicūq; astriscos id est stellas radiare in hoc volumine videritis: ibi sciatis de hebreo additum quod in latinis codicibus nō habetur. Ouidius lib. ij. me. Argenti bifores radiabant lumina value. Hinc componitur Irradio qō est illustro ꝛ quasi intus radio. Plautus. Faciunt qō consueuerunt: irradiant salibus

mensam: omnis ad risum ꝓuocant.

Radula penultima cōrepta. Instrumentū ferreū a radendo dictum. Unde pix radulana est dicta que radula eraditur. Plinius libro. xiiij. Radulana pice ac resina condire musta.

Ragades ⁊ ragadia fissure sunt ⁊ rime inter sedis vitia annumerate quorū crebra mentio est apud Plinium. Auicenna non solum in ano sed in mentula nasci ragadas ꝓdidit. De quo ⁊ in dictione Condilomata.

Rālla genus vestis a raritate. Nam rarū facit diminutiuū rallū. Plau. Toga ralla: tunica spissa.

Rallum a radendo ferrum illud quo vomeres idētidez purgantur in arando.

Ramex genus hernie. Uide in dictione hernia. Hinc ramicosus qui patitur illum morbū. Col. lib. ⁊. aliter accipit ramices cum inquit de Uinario constituendo Deinde per transuersa laterum caua transmittuntur ramices qui exitus ferarū obserent.

Ramēta tenuis cuiuscz rei particulata: a radēdo quasi rasura. Unde ramenta auri: ramenta argenti: lignoꝝ ⁊ ceterarū rerū dicimus: cum fodatur aliquid animalis ex tritu siue excursu: aut ex arena fluuiorum. Unde Plinius lib. xxxiij. Apud nos tribus modis fluminū ramentis. s. aurum inuenitur: nec ullū absolutius aurum est cursu ipso tritucz perpolitum.

Ramus arboris pars est cuius diminutiuū est ramuscu lus. Dicit ⁊ ramulus. Col. Et cū primū germina tumebunt de ramulis amniculis eos ligato.

Ramale idem qō ramus. Ouidius li. viij. meta. Vultifidasqz faces ramaliaqz arida tecto. Persius. Et ramale vetus.

Rameus a um: quod ex ramo est. Virgilius libro. iiij. Georg. Et ramea costis subiciunt fragmēta thymū cassiasqz recentes.

Rammus genus sentium asperrimū aculeis ⁊ flore gratissimū: ait Piero. super illud psal. Priusqz intelligerent spinę vestre ramnū. Et rhamnus cum h̄ genitiuum facit rhamnuntis sicut Amathus untis. Trapezus untis. Et est attice regionis pagus ex quo formatur Rhamnusius a um: qō est ex rhamno. Terēn. in And. Hoc certe scio rhamnusium se aiebat. Inde rhamnusia indignatiōis dea quā greci ῥαμνουσιν vocant. Nam cum narcisus formę bonitate abuteretur superbius: recte fingitur eiusmodi dea aduersus eos qui bonis ꝓsentib⁹ sit indignus. Nemesis inqz indignationem significat: cuius simulachrū pulcherrimū eo in loco colebatur. Quod quidem marmoreū tradunt a phidia vlnarum in altitudine decem factū. De hac Ouidi⁹ libro. v. de tris. Exiget ad dignus vltrix rhamnusia pœnas.

Rana genus animalis palustris: ranarum alie sunt terrestres licet in aquis dulcibus degant: alie marine. Ex terrestribus quedam in vepribus tantū viuūt et rubete appellantur. Alie inter harūdines fruticesqz versantur. Est ⁊ rana arborem scandens: ⁊ ex ea voci ferans ob id a calamis calamita. Rane etiā morbus est qui bobus accidere solet. Colu. libro. vij. Solent etiā fastidiosa cibo afferre vitiosa incrementa linguę quas ranas vocant veterinarij.

Ranunculus diminutiuū est a rana. Ambro. lib. Hexa. Culices ⁊ ranūculi circa genitales strepūt paludes.

Ranceo ces cui: rancorem habeo siue puteo.

Rancor putor quidam: a ranceo nomen verbale: sicut Acor ab aceo: albor ab albeo. Palladius in reb⁹ rusticis: Receptacula olei semp sint munda ne nouos sapores veteri rancore infecta corrūpant.

Rancidus a um: qō est rancore putidū. Hora. Rancidum aprū antiqui laudabāt nō qz nasus Illis nullus erat sed credo hac mente ꝓ hospes tardius aduenies vitiatū cōmodius qz integrū ędax dns cōsumeret. Huius diminutiuū rancidulus. Iuue. Mō tamē his illa vnqz opsonia fiunt rancidula.

Rantū dixerūt veteres quadrantē: ꝙ in eo ⁊ triente ratis fuerit effigies: quēadmodū nauis in asse.

Rapio pis pui ptum: significat per vim aut cum festinantia siue cum furore rapio: traho/cuello/aufero. Terē. in and. Sublime hūc intro rape quātū potes. Lactā. li. v. Alios etiā in ꝓsortio mali sui rapiūt: qsi habituri solatiū de ꝓditione multorū. i. trahunt Virgilius. Qui faceret quo se rapta bis coniuge ferret: id est ablata. Et li. j. Geor. Atqz illū in ꝓceps ꝓno rapit alueus amni. i. subito rapit. Aliqn rapę est vim afferre vitiare. Et ꝓprie de virginibus atqz impuberibus pueris etiā si loco non dimoueant. Virgi. Et rapti ganymedis honores. Sene. Rapta raptoris aut mortē: aut indotatas nuptias optet. Composita Abripio/arripio/corripio/deripio/diripio/eripio/irripio: ꝓripio/ꝓripio/⁊ surripio.

Rapto as: frequenter rapio trabo. Virgi. Ter circum iliacos raptauerat hectora muros. Et lib. iij. georg. Sed me parnasi deserta ꝑ auia dulcis raptat amor.

Raptito as penultima correpta aliud frequentatiuum a rapto raptas.

Rapax auidus ⁊ rapinis semper intentus. Sueto. Inopia rapax metu seuus: Hinc rapacitas. Columella libro. j. Nisi maxima vel negligentia serui vel rapacitas interuenit.

Raptor qui rapit. Ambrosius. Raptores non nisi alienа diripiunt.

Rapo onis: idem qō raptor. Pompo. Ne vos corrumpent auri argentiqz rapones.

Rapidus velox ab eorum qui rapiunt celeritate dictus Unde amnis rapidus qui cū celeritate ⁊ furore labit

Raptio: rapina ⁊ raptus distinguuntur ab inuicem: ꝙ raptio ad personā: rapina ad rem: raptus ad stuprū referat. Terēn. in adel. Disperij thesiphonē audiui filiū vna in raptione fuisse cum echino. Lice. Quas res luxurtes in flagitijs: crudelitas in supplicijs: auaricia in rapinis: superbia in contumelijs efficere potuisset. Idem. Matronarū cedes: virginū raptus: Col. etiā rapinas vocat culturas raporū.

Rapinator a rapina raptor dicit. Lucil. Homo impudicus impune est rapinator.

Raptim aduerbiū significat cū festinatione.

Rapa ę. dicitur ꝙ passim rapiatur. Palladius. Rapa mutat in napos in alio solo per biennium sata. Alio ꝓ napus trāsit in rapam. Dicit ⁊ rapū neu. genere. Mar. Hęc tibi brumali gaudētia frigore rapa. Varro. Ex semine brassice vetere sato nasci aiunt rapa. ⁊ cōtra ex raporū brassicā. Col. lib. ū. Ab his legumi nibus ratio est habenda napoꝝ raporūqz magis vtilia rapa sunt. Piero. ꝓ ad Eusto. Uix raris fabis ⁊ rapibus cū rudi hordeaceo pane saturant.

Rapulū diminutiuū a rapum. Hora. in ser. Captus vt aiebat cene acria circū rapula. Et iterum. Cū rapula plenus atqz acidas mauult inulas.

Rapunculas a rapo radicis exigue qui comedit in acetarijs: rapunculū vernaculi nostri dicitant.

Rapacia orū: raporū frondes quas homines decoctas in cibum sumunt. Plinius. Et homini nō minor rapactorū gratiā q̄ cimarum.

Raphanus penultima correpta: genus radicis notę cognitibilisqz. Plinius. Fertur in templo Appollinis delphici adeo ceteris herbis ꝓlatus raphanus: vt ex auro diceretur: beta ex argento: rapū ex plumbo. Refert Alexander aphrodiseus esse calidum humores exsiccare et attenuare. Mouere ex humoribus spūs: ac eos exhaurire ⁊ extinguere dum ꝙ os eructat. Est ⁊ aliud raphani genus Armoracia a nostris dicitur. Quidā hoc nomen aspirant in prima.

Rarus a um: ꝓprie dicitur qđ nou est densum. Interdum ponitur ꝓ prestāti: qñ omnia preclara rara sunt. Virgi. Hic rarū tamen in dumis holus. Piero. Rara est virtus nec a pluribus appetitur.

Rarenter aduerbiuz idem qđ raro. Gel. lib.). Rarus nō dicit rare: sed alīū raro dicūt: alīū rarenter.

Raro as: rarū facio. Cuius composita sunt Disraro et Interraro: qđ est in medio rarū facio. Col. lib. v. vtit.

Rarefacio. Idē lib. vij. Hoc autē facile contingit si pus rarefeceris etiā eas partis supra quas ramū secaturus es ligno aut stramentis texeris.

Raripilus a um: penul. cor. qđ habz raros pilos. Col. in ꝓfa. Et id ipsum aliter curatur mutilū et raripilā aliter cornutum et setosum.

Rarescere significat rarum fieri siue deficere. Col. li. iiij Negligētia cultorū magna pars deperit: et interius seminū ceteraq; virentia rarescunt. Lactan. lib. vij. Ira enim iusticia rarescet: et impietas et auaricia et cupiditas et libido crebrescet.

Rastrum et raster mas. generis. Terē. Et istos rastros interea depone. Virg. Rastraq; incurues exum tribuere ligones. Dicūt aūt rastra seu rastri qui et rutabri vocant ꝓprie quibus ꝑ fenisecia festucas abradimus a quo abrasu rastelli sunt noiati: vt inquit Varli.). de re rus. Tū de ꝓratis inquit stipulam rastellis eradi atq; addere fenesecio cumulū quo facto sicilienda ꝓrata. i. falcibus cōsectāda. Verū et stabulariozuz vsibus deputanē: bisdē quoq; terrā effodiūt. Sue. in Nero. Tubaq; signo dato primus rastello humum effodit et chorbulę cōgestā humeris extulit.

Rastelli. Vide in dictione Rastrum.

Ratus a um: participiū a reor reris qđ significat puto. imagino. Plin. Reor quoq; ratus facit participiū vt puto differētię causa: quia ritus aliud significat: et retus ꝓ reatus dicebant: quō saucius ꝓ sauciat°: lassus ꝓ lassatus. Plau. in amph. Victis hostibus quos nemo superari posse ratus est. Aliquando ratus dicitur firmus: certus. Terē. in Hecy. Me qđ ego egissem esset ratum.

Ratifico as approbo: et quod actum est confirmo. Veteres ratare ꝓ ratificare dicebant. Unde est irritare contrarium.

Ratio a ratum supino fit. Et est vis illa animi qua a ceteris animalibus homo disiungit. Quę sic diffinitur ab Augusti. lib. ij. de ordine q̄ sit mentis motio: ad ea q̄ discutiuntur distinguendi et cōnectendi potens. Vñ ab Horatio ponitur ꝓ ratiocinatione et discursu animi ad inuestigandā verum. Cice. lib. ij. ad Herē. Rō est causa q̄ demōstrat verū esse id qđ intendimus bene subiectiōe. Seneca. Quid est rō nisi nature imitatio? Sequit ratio naturā et bonū sine rōne nullū est: et virtus non aliud q̄ recta rō. Aliq̄n tū rō ponit ꝓ respectu et cura. Cice. Plāco. Peto a te vt me rōnes habere velis: et salutis et dignitatis mee. Sic dicim° habēda est ratio bonoris: rō rei familiaris. Idē lib. ij. offi. Habēda rō est rei familiaris: quā qdē delabi sine re flagiosum est. Si vo iūgat cū ꝓpositiōe cū: significat negociū. Idē in Cato. Rōnē habz cū terra q̄ nūq; recusat imperiū. Et ad Atticū. Cū oibus musis rōnē habere cogito. Aliq̄n ponit ꝓ causa: vt apud eundē V. Catoni. Cū aūt ad Libistra ꝓter rōnē belli q̄nq; dies essem morat°. Aliq̄n ꝓ modo via et forma. Salu. Et ego vobis in qt si modo vultis esse viri rationē ostendā qua tāta ista fugiatis. Et rō q̄nq; dicit suppuratio vel calculus siue expensa. Plaut° in aul. Supputat rō cū argētario. Idē in amp. Et vt res rōnesq; viroz oim bene expedire vultis. Tū rōnari° codex in quo accepti et expensi rōnes describunt. Sue. in Cesa. Seruitia recentioza immēso prēcio et cuius etiā ipsum puderet sic vt vetaret rationib° inferri: id est nolebat in rōnario pscribi eā sūmā quā impenderat in emptione seruoz. Ratio etiā ꝓportio dicit: vel si quādo numerus ad numerū habet ꝓportionē quaz nos rectū dicim° rōnē vel duplā vel triplā vt octuoz ad duo: et sex ad duo. Rōnē purgare. Vide in dictione Purgo. Rōnē cōstare est equā legitimāq; rationē ostendi aut apparere ostendi posse. Plin. iunior. Mirū est q̄ singulis diebus in vbe rō aut cōstet aut constare videat: cū pluribus cunctisq; nō cōstet.

Ratiuncula diminutiuū. Terē. in Phoz. Erat ei de retiūcula iāpridē apud me reliquū paurillulū numoz.

Rationale: philosophi dixerunt esse qđ ratione vteret vel vti posset. Unde dicimus hominem esse animal rationale et mortale. Hic genere posito qđ animal est dictum: videmus additas duas differentias quibus admonendus erat homo et quo sibi redeūdum esset: et vnde fugiendum. Nam vt progressus anime vsq; ad mortalia lapsus est: ita regressus esse in rationem debet. Uno verbo a bestijs qđ rationale: alio a diuinis separat qđ mortale dicitur. Illud nisi tenuerit: bestia erit. Hinc nisi se auerterit diuina non erit. Rationale substantiuum genus vestis sacerdotalis est. Piero. ad Fabiolam. Rationale etiaz dicitur genus vestis apud hebreos olim: greçe logion: nos rationale possumus appellare: pannus est breuis q̄ auro babens magnitudinē palmi per quadrū et duplę ne facile rumpatur.

Rationabile dicitur qđ cum ratione factum dictum ve est. Cuius cōtrarium est Irrationabile. Itaq; domū aliquam rationabilem possumus dicere: nostrūq; sermonem. Rationales autem vel illum qui hanc fecit: vel nos qui loquimur. Ergo procedit ratio ab anima rationali in ea quę vel fiunt rationabilia vel dicūtur. Duo ergo sunt in quibus potentia vel vis rationis possit etiam ipsis sensibus admoueri opera hominum que videtur et verba que audiunt. In vtroq; autem vtitur mens gemino nuncio ꝓ corporis necessitate. Uno qui oculorum est: altero qui aurium. Ita cum aliquid videmus congruentibus sibi partibus figuratum non absurde dicimus rationabiliter apparere. Item cum aliquid bene concinnere audiuimus: non dubitamus dicere q̄ rationabiliter sonat. Irrationabile vero qđ his caret. Quintilia. libro. ij. Sed qz carēt sermone quę id faciūt muta atq; irrationabilia vocantur.

Rationarius: liber in quo rationes rerū gestaz cōtinentur. Sueto. in Aug. Rursus tedio diuturne valitudinis cum etiam a magistratibus ac senatu domum accitis: rationariū imperū tradidit. Et rationarius liber accepti et expensi: vt supra in dictione ratio. Itez rationarius qui rationariū conficit vel qui rationib° ꝓeest. Marcellinus. Quidam ex mercatore opulēto rationarius apparitor.

Ratiocinoz penultima correpta significat ꝑ rationem quandā deprehendo/colligo/cōputo. Gel. li.). Plutarchus in lib. quē conscripsit scite subtiliterq; ratiocinatū Pythagorā dicit in reperienda modulādaq; statua lōgitudinisq; prēstātia. Cice. libro. j. Tus. Et nos metuendi ratiocinādiq; vtilitate inspecta huius artis terminauimus modus. Hinc ratiocinatores dicti sunt: qui calculatores vulgo nominantur. Mar. Nec calculator nec notarius velox maiore: quisq; circulo coroneē. Ratiocinatio inquit Aug. lib. de imoztalitate anime: est a certis ad incertorū indagationē nitens cogitatio.

Ratis et rates ꝑm Probum efferri potest. Et ꝓprie rates dicūtur connexe et recte compacte inuicem trabes quę per aquā trahuntur. Abusiue a poetis vsurpant ꝓ nauibus. Virg. Disiecitq; rates.

Raudum dicebāt ęs, Vide in dictione Rudus.

Rauēna vbs in octaua regione Italię. Sabinorū oppidū in ora littoris Adriatici olim tota ligneis compacta ędificijs: aquis diffusa: pontibusq; ac lembis ītegrata a thessalis cōdita phibet. Et cū a mari fiunt inundationes nō mediocre accipit partē cęni paluſtris. De hac Syrius lib. viij. Lenta paludoso ,pscindunt stagna Rauēne. Hinc ortus est Cassiodorus senator: qui multa eruditissime scripsit.

Rauis raucedo vocaē quę fit aut nimia siccitate ,pter clamorē: aut nimio humore ad vocis loca fluente: ex quibus vox homini plerūq; negaē. Plu. in au. Huc cine deduxisti me ad senem parcissimū: vbi si quid poscamus ad rauim poscam⁹ prius q̄ bibā: deq; dēt: Hinc rauio is: r rauus a um.

Rauum veteres dixerunt obtusum. Unde raua vox obtusa r parū liquida. Rauus color obtusus. i. mixtus niger cum fuluo: color inter flauū r cęsium. Cice. lib. iij. acad. Quia nobis metipsis tū ceruleū tum rauum videtur qđq; nunc sole collucet.

Rauisellus diminutiuū a rauo. Plau. Quis inq̄t hęc mulier r ille rauisellus qui venit.

Raucus qui nimio clamore vel alia causa vocem obtusam habet. Aliquādo tū refertur ad optimā vocem. Virgi. Dant sonitū rauci p saxa liquētia cygni. Hinc raucitas r raucedo pro vocis obtusitate.

Rauces vermes terreni: radices arborū ledētes. Pli. Olea vbi quercus effossa sit male ponit: q̄ vermes qui rauce vocant in radice quercus nascūt r trāseūt.

Raucio is. rauci rausum raucus sum. A quo Irraucio. Est r rauceo es: a quo rauceſco r irrauceo.

R Ante E

Re ꝓpositio p Apocopē a retro facta videt. Ūñ respicio retro aspicio reuerto: retrouerto: reposco rez datam retro posco. Et non nisi composita reperitur: quę etiā alias significationes habet. Nam quādoq; perfectionē denotat vt recognosco. Quandoq; reiprocationem: vt redamo: Ūñq; cōtra siue aduersus vt reluctor repugno resisto: Ūñq; iterum atq; iteruz seu sepe: vt reputo: Ūñq; de nouo: vt renouo: q̄ est rursus nouum facio: Ūñq; inde: vt remouco: Ūñq; valde vt redundo: Quādoq; longe. Virgi. li. iij. Italiā petere r terras tentare repostas. Ser. i. lōge positas: Ūñq; denotat cōtrarietatē suoz simplicīū: vt retego q̄ tecum erat denudo. Resigno q̄ signatum erat aperio. Recludo clausuz patefacio: Ūñq; habet diuersam licet nō contrariā a suis simplicibus significationem: vt scisco. Nam cum scire sit cognoscere rescire tū siue rescīscere nō est rursus cognoscere: sed factū aliq̄ occulti⁹ r inopinatū insperatūq; cognoscere re: aduertere. De hoc loco suo. Sic respondeo q̄ nō solū redico aut repromitto: sed re atq; affectu satisfacio. Habet aliquando re eandem significationē quā habet simplex: vt repręsento. Componit autē cū dictione ab a incipiente: vt redamo redarguo. b vt rebello. c vt recurro. d vt reddo. e vt redeo. f vt refero. g vt regredior. h vt redhibeo. i vt reiicio. l vt relego. m vt remigro. n vt renitor. p vt repugno. q vt requiro. s vt resarcio. t vt retineo. u vt reuertor. Sed cuz a. e. r h. interponit d. causa euphonię.

Reapse significat re ipsa. Pacu. Si non est ingratum reapse quod feci.

Reate ciuitas in Umbria: ex qua Uespasianus origi nem duxit.

Reatus us: culpa crimen.

Rebello as: ex re et bello proprie significat repugno. Unde rebelles dicunt qui in fide nō ꝑmanēt: r iussis potestatū repugnāt. Et rebellio repugnātia. Rebellare vulnera seu vitia dicūtur q̄ semel curata repullulant. Pli. Strumeq; herbę est: qua rursus sata rebellare credunt herbarū q̄ curauerūt vitia.

Rebla regio babyloniorum: vel vbs que nunc Antiochia dicitur.

Reboo as: er re r boo mugio. Græcū est (vt inq̄t Ser. in cō. Ge. Nam apud latinos nullum verbum est qđ ante o finalē habeat o: excepto inchoo: qđ tamen maiores aliter scribebant: aspirationem interponentes duobus vocalibus r dicebant inchoo p translationē tamen roboare significat resonare. Virgi. li. iij. geor. Reboant sylueq; r magnus olympus.

Recalesco rursus calesco. Cice. lib. iij. de natura deoz. Quod nostris quoq; corporibus contingit: cū motu atq; agitatione recalescunt.

Recaluaster diminutiuuz est: significat eum qui fronte calua est: nō toto capite quasi recaluatul⁹. Legi quendā alioquin eruditū exponentē recaluastrū esse retro caluū: qđ falsum esse constat ex auctoritate Uiero. in Leui. scribēs. Si a frōte ceciderint pili recaluaster r mūdus. Dicitur r recaluus. Plau. in ru. Ecquem recaluum ac silonē senem. Uiero. contra Joui. Recalua fronte de socrate. Hinc recaluo as.

Recanetū ciuitas in Italia q̄ a pulcis recinata dicebat

Recedo is: abeo discedo. Unde recessus pro discessu: Aliq̄n protraho extendo: a quo recessus pro spacio. Curtius. In eo nemore longo recessu domus erat. Et recedere est retro cedere: a quo fit aduerbium recessim: quod est retro cedendo. Plautus. Recessim cedam ad parietem.

Recello is: reduco: reclino: sicut excello in altum extollo. Apul. lib. x. de asi. Illa cū quotiens ei parcēs nares recellebā accedens: totiēs nisu rabido et spinam prehendēs ad eā applicioze nexu inherebat.

Recelliciunie dicte sunt meritorie meretrices quę desultura quadā r assultura mouēt clunes: vti venus concinnioz incensoi prestetur. Plautus. An vis interista versarier procedas pistorum amicas recelliciunias alicarias.

Recens nomē significat nouū: hoc est qđ nuper accidit Unde recentior recentissimus aduerbium recenter. Cice. Morū recentioz nunq̄ dictum ab vllo qđ sciā. Idē Au. Cicinne. Cōmemorarē non solū veterū sed horū etiā recentiū vel ducum vel comitū tuorū grauissimos casus. Inuenit etiā recēs aduerbiū. Plau. Qui recens ex agro venerat. Virgilius. Sole recēs orto: id est recenti tempore.

Recentari: renouari: r denuo recens fieri. Actius. Jam albicascit phebus r recētatur cōmune lumen hominibus et voluptas.

Recenseo es: recognosco r summā totius populi per numeros colligo. Ūñ recēsus ,p recensione r recognitione dicitur. Et recensiti qui p recensum numerati sunt. Sue. in Cęsa. Recēsuz populi vicatim p pōs insularū egit. Et in lib. Numeri scriptū est q̄ recēsiti sunt a viginti annis oēs q̄ poterāt ad bella ,pcedere.

Recido is: penul. cor. recidi recasum significat retro siue iterū cado: r semp ,ducit re. Prop. Recidit inq̄ suos mensa supina pedes. Ambro. de obitu Satyri: ,p simplici posuit. Semp optaui vt si quę turbationes vel ecclesiā vel me manerēt: in me pot⁹ ac meā recīderent domum.

Recidiuus a um: pe. ,ducta significat qđ recidit. Virgilius lib. iiij. Et recidiua manu posuissem pergama victis. i. quę reciderunt quasi didoni se purgās dicat eneas. Si mihi licuisset ruinas troie protinus instaurassem: nō tot tantisq; laboribus ac periculis cōdere nouā vbē quęsissem. Similiter capit illud ex lib. vi. Quin idē veneri pare⁹ suus r paris alter Funestęq; iterū recidiua in pgama tede. licet Ser. interpretet recidiua post casum restitura. Quod minime vez est cū nunq̄ restituta fuerint. Nam r si febres a Pli. re

cidiue dicant: nō ꝓprie: neq; ex vocabuli significatione sit sed ex appellatione tm̄: quasi recidiuorum febres ꝓpter eos qui in eas incidūt: z post eaz depulsionem restituunt rediuiue ꝓprie non recidiue dicūt qz tū non recidūt siue nō depellunt sed reuiuiscūt z integrant. Recidiuus igit qui recidit. i. qui retro vel rursus cadit: z nō possit ꝑmanere. Vñ etiā eius simplex Cadiuus q̄ cadit. Pli. lib. xv. Colligi mala post equinoctiū autūnale neq; ante sextā decimā lunā neq; ante primā horā cadiua separari stramentis: storeis paleis ve substernit: rara cōponi vt limites peruij spiritum equalem accipiant. Similem significationē habent reliqua nomina in uus terminata: vt natiuus: votiuus: rediuiuus.

Recido is cidi sum: penul. ꝑdu. ex re z cedo: qō incido significat quasi retro seco. Unde recisos ramos dicimus: id est resecatos.

Recisamentū a recido paruū fruſtū z quasi ramentū ex aliquo recisum. Pli. Ocyssime ꝺo eruginē cōtrahit ex cozonarium recitamētis in acetū additis.

Recipio is: penul. coz. ex re z capio. proprie recipere dicimus quādo quis aliquid qō tradidit recipit: quasi retro vel rursus capio. Liuius. lib. ix. Recipiant arma que p pactionē tradiderūt. Qñq; pro admittere: accipere. Cice. lib. ij. offi. Cyrillū quendā suadentem vt in vbe manerent: rex̄q; reciperent lapidib⁹ obruerūt. Qñq; p reuocare. Virg. Sic oze effata recepit ad sese. Qñq; in tutuz reducere: liberare. Idem. Hedioq; ex hoste recepi. Hinc receptus us ꝑ reductione. Et recipe seruū. Ulp. dicit refugiū esse abscondendi causa seruo ꝓstare: vel in suo agro vel in alieno loco ędificio ve: qō receptuz dare vulgo dicit. Qñq; simpliciter reducere. Plau. in cap. Inde me cōtinuo recipiā rursuz domū. Qñq; recuperare. Cice. in Cato. Tarētū ꝺo qua vigilāria quo ꝓsilio recepit: tū ꝺem me audiēte salinatozi q̄ amisso oppido fugerat ꝺin arcē gloriāti atq; dicenti. Hea opa Quinte Fabi Tarētum recepisti. Et certe inquit ridens nisi tu amisisses nunq; recepissem. Qñq; excipe ad vsum suū z reseruare qō sit cū venditis ceteris sibi quippiā reseruat. Plau. Ubi nunc adolescens habet: posticulū hoc recepit cū ędes venderet. Hinc receptitius seruus appellatus est nuptę mulieris ꝓprius: quē. s. cū dotem marito daret: sibi reseruauit: quotiens em̄ mulier in dāda viro dotę aliqua ex suis bonis retinet: nec ea ad virū transmittit: recipe ea dicit. Qñq; prosternere. Virg. li. viij. Totū cui cominus ensem cōdidit assurgēs z multa morte recepit/qō z ꝑ accepit exponi pōt. Sicut cū dicimus. Accepit eum crudeliter vel malis modis. Significat etiam facienda suscipere z cū obligatione ꝓmittere. Cice. Crasso. Que tibi ꝓmitto ac recipio sanctissime esse obseruaturū. Qñq; simpliciter ꝓmittere. Licinna ad Ci. Sed tū ego filio dirā librū legeret: z ea cōditione daret si recipes te correcturū. Ci. Bruto. ꝑ polliceor posuit cū inquit. In ipsa causa exponēda satis etiā de probitate dixi: sed tū seꝑatim ex me recipio fore eū tibi z voluptati z vsui. Mā z modestū hoiem cognosco z prudentē z cupiditate omni remotissimū: ꝓterea magni laboris: sūmeq; industrię: neq; hęc polliceri debeo q̄ tibi ipsi si bñ cognoris indicāda sunt. Seruat Cice. morē suū vt difficile verbū recipio ꝑ facile polliceor postea do

Recepti in ciuitatē dicunt qui cū suffragio ci- (ceat. ues sunt effecti: vt apud Liuiū sepe legit. Et receptꝰ mos est quē sponte ciuitas alienū asciuit.

Scalprum ⁊ scalprus: et diminutiue scalpellum ⁊ scalpellus ferrum quo aptatur coriũ: et quo raditur vel celtis. Vtuntur tamen eo instrumento diuiuersi artifices. Cato de re rust. Ficos ⁊ oleas altero modo q̃ genus aut ficum aut oleam esse voles. Inde librum scalpro eximito. Colu. lib. vij. Scabies ferro cęsa g̃luatur vrina: etiam sępe scalpello vsq̃ ad imũ resecare ⁊ amputare scabiez sępe profuit. Et libro. v. Scalprum q̃ deinde aduncum est: rostrum appellatur. Sueto. de Vitellio. Scalpro librario venas sibi incidit. Scalpra sutoria. Horatius intelligi voluit illo versu. Si scalpra et formas non suto: nautica vela. Auersus mercaturis delyrus ⁊ amens Vndiq̃ dicatur. Liuius fabrile scalprum appellat quo magistri elephantos interimebant inter aures belue adacto in ipsa compage qua coniungitur capiti ceruix. Cor. Celsus scalprum inter ferramenta chirurgica numerat vbi ait lib. viij. Tum demũ ad manum scalpro q̃ veniendum est. Col. lib. v. Ferramentũ scalpratũ dixit ad similitudinem scalpri formatum: quo ait opus esse ad castrandas apiũ alueos.

Scapellus et scapellum diminutiua sunt. Vide in dictione Scalprus.

Scalpturarũ genus pauimenti quod et vermiculatus dicitur: quod factum est post tertium punicum bellũ fuit ex tessellis minutis diuersicoloribus vt in templis antiquis. Et nos Mosaicam dicere solemus. In his pauimentis picturę radendo fiebant quomodo nunc scalpturata alba in exteriore parte parietum ac murorum fiunt.

Scamãder: fluuius qui Europã ab Asia diuidit ⁊ alio nomine dicitur xantus.

Scamandria vrbs parua a portu iliensi parum remota

Scamonia: fruter cuius succus valet ad medicinas.

Scandalum est qđ nos offendiculum vel in ruina: vel in pactione possumus dicere. Quando ergo legimus Quicũq̃ de minimis scãdaliçauerit quẽpiam: intelligimus q̃ dicto facto ve occasionẽ ruine cuiq̃ dederit: hinc Scandaliço as: qđ est alicui scandalum prębeo.

Scandinauia insula est oceani septẽtrionalis quã Pli. lib. iiij. incõperte magnitudinis esse scribit. Eam alterum orbem terrarũ esse crediderunt.

Scando scandis scandi scansum: in altum vado. Cice. in Cato. Vt si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant: cum alij scandant malos: alij per foros currant. Hinc scale dicte sunt per quas in altũ ascendimus. Huius composita sunt Ascẽdo: quod est sursum scando: cuius contrarium est descendo deorsum scando. Conscendo simul sursum scando. Virg. Bis denis phrygium conscendi nauibus equor: Patre dea monstrante viam. Inscendo sicut eius simplex. Plau. in Asi. Hecq̃ in lectum inscendat proximum. Superscando. Liuius. Jam euaserant media castra cũ superscandens vigilum strata somno corpora miles ostenso scuto sonitum prębuit. Transcendo. Plau. in aul. Hoc magnum est periculum: me ab asinis ad boues transcendere. Lactã. lib. ij. p translationẽ dixit Tum dedit ei certa mandata: que si obseruasset immortalis maneret: si trãscẽdisset morte afficeretur.

Scandulaca herba a scandẽdo frugibus inimica: q̃ eas velut hedera implicans nectat.

Scamnũ est qđ lecto veluti gradus apponitur: vt per id in lectũ facilius ascendatur. Varro scribit scamnum esse quo duplici gradu in lectum altiorem conscendebãt. Scabellũ q̃ simplici scãsiõe in lectũ nõ altũ scãdebant. Qui. in arte. Et caua sub tenerũ scamna dedisse pedem. Et scamnũ dicitur terra illa altior que inter duos sulcos in colendo reliquit. Pli. Scamna inter duos sulcos cruda relinquantur. Et Col. lib. ij. vocat scamnũ crudum solũ ⁊ immotũ minimeq̃ aratro ꝓscissum. Idem lib. iiij. Duabus gemmis supra terrã eminere passim reposita humo cetera cocquãt que faciunt in eadem linea intermissis totidẽ pedũ scamnis dum pagant ordinẽ. Quoniã vero in his sedere consueuimus: factũ est vt scamnũ ⁊ scabellũ sępe ꝓ subsellijs vsurpent. Qui. lt. vj. fas. Ante focos olim scãnis considere longis Mos erat. Scamna etiã in arboribus dicunt rami ⁊ brachia p q̃ vites ascendunt.

Scansile pe. cor. dicit id per qđ ascendi potest.

Scandis berba que in holere syluestri a grecis ponitur.

Scandule parue tabelle: hoc est in paruas laminas scisse e ligno quibus tecta teguntur. Fiunt autẽ ex robore abiete ⁊ picea fissis vel assulatim desectis.

Scapha nauicula in ligno cauata: ab σκαπτω fodio: cauo. Vnde ⁊ σκαφη a multis fossura alueus linther traducitur: que maiorẽ nauem sequitur. Et parue ad piscandum naues scaphe dicũtur. Hinc scaphiarius sicut a classe classiarius.

Scaphium vas concauum: in quo cacare ⁊ meiere consueuerunt: dictum a similitudine scaphe nauis latini Matulam vocant. Juuena. Et rude positis scaphiũ cum sumitur armis. Propie tamen vt aliqui putant vas fẽminarum in qđ mingunt: quemadmodũ viris lasanum necessarium erat in quod ventris excrementa deijcerent. Erat ⁊ scaphium vas eneum in quo sti-

li in medio stri proceritas horarū ductus discriminabat. Plutar. in Numa. scaphiū apellat quo ignis sacer extinctus solis tm radiis accendebaf. Suidas. σκαφιον ειδος κουρας αριστοφανης συλε κωμχω εοικης σκαφιον αποστελλμενω

Scaptensula locus in macedonia vbi argentum fodi solebat: ab σκαπτω fodio. Lucre. Quales expirat scaptensula fabrer odores.

Scapule: humerus siue dorsa a scandendo: vt quidam volunt: que mobiles veluti mollib⁹ iugulis a ceruice demittunt. Plau. in asi. Mirabar quid dudum scapule gestibant mihi hariolari ceperant mihi imundo malus. Hiero. in Gen. Apparuit rebecca venies cū hydria quam portabat in scapula: que festinans depoluit hydriam de humero.

Scapulares serui dicti sunt quia scapulis cedunt.

Scapularis: vestis que tm scapulas tegit.

Scapilium veteres ,p tergo vsurparūt: z aliquādo pro ipia scapula. Unde z spaciū qō inter scapulas quasi vallecula est: interscapulium dicitur.

Scapus dicitur id in quo semina quarundam herbarū dependent: vt in papauere. Plinius. In papauere z similibus scapus: In harūdinibus: in glandibus: in auellanis panicula appellat: z scapi in quibus vuarum grana sunt. Varro. Que calcate vuę erunt eoz scapi cum folliculis subiiciendi sub prelum: vt siquid reliqui habeant musti exprimat in eundē lacum.

Scarus piscis: qui solus piscium dicitur ruminare herbisq; pasci: quo carpathium pelagus abūdat. Opianus hic scar⁹ sara frequentat. Qui mites inter pisces clamore tremendo Intonat: z solus pallentes ruminat herbas.

Scarabeus: animal paruus volatile: vulgo scarauacius dicitur. Scarabeorū diuersa sunt genera. Nam quidam sunt coloris viridis e vermibus fimo bouis aut iumenti creati. Alii grandiores cornua prelonga bisulcis dentata forficibus in cacumine habentes. Alii e fimo ingentis pilas auersis pedibus volutant: hos egyptii summopere venerabantur: animatum solis effigiem esse putantes: vt inquit Eusebius libro preparati. Scarabeus autem omnis virilem sexum habet: z spermate in stercus infuso: pila deinde cōfecta pedibus inuoluit.

Scarifico as scalpello: aperio: quo aliqd facilius exeat. Unde scarificatio dicit: quādo tenui vulnere sanguis emittitur. Plinius. Dentium dolores sedantur ossibus draconis scarificatis gingiuis. Scarificare dolorē significat scarificādo dolorē expellere. Idē. Preterea in coede equoz inuenit os dentibus caninis maxime simile: hoc scarificat dolorem putant.

Scardona insula in mari adriatico adiacens illyrico vt Ptolome⁹ libro. ii. refert. In ea sunt due vrbes Colentum z Arba.

Scatinia lex erat in eos qui nefando scelere laborant.

Scateo es: scatui significat emano: erumpo: ebullio: vt Anthiochus scatere cepit vermibus.

Scaturio is: penultima correpta pro suo primitiuo scateo ponitur. Quod est non solum aquarum sed herbarum z ceterorum sua sponte vbertim nascentium. Hierony. In sepulchro eius non nisi manna inuenit qō z scaturire cernitur.

Scatebre penultima correpta ebullitiones aquę surgentis. Virg. lib. j. Scatebrisq; arentia temperat arua. Sic scaturies z scaturigo.

Scaturigo penultima ,producta idem qō scatebra. Aug. sup ps. Scaturigines dicimus ab imo aquas ebullientes. Col. libro. iiii. Nam prestat non conserere q̄ in summa terra suspendere: nisi tamen scaturigo palustris obuia sit: sicut in agro rauēnate pluscq; sesquipedem prohibeat infodere.

Scauri dicti sunt qui talos pedum tumentes ac porrectos habent. Horatius lib. j. Ser. Illū balbutit scaurum prauis fultum male talis. Fuit z scaurus cognomen familię romane: ex qua Emilius scaurus nobilis et pauper. sed eloquentia sua gloriam peperit. Consul ligures z Gantiscos domuit atq; trīūpha uit. Censor viam Emiliā strauit: pontē emyliū fecit

Scelus: flagitiū: facinus: a quo Scelestus z sceleroſus.

Scelero as: polluo. Virgil⁹. Parce pias scelerare manus. Hinc sceleratus a um.

Sceleratus ita distingui solet a sceleroso: vt sceleroſus sit auctor: sceleris: sceleratus in quo sit scelus constitutum aut cōmissum. Terentius in heau. Ubi ego illū sceleroſum atq; impium inuenia? Aliquando tamen sceleratus ponitur pro nocente. Virgi. At sceleratū exquirere frigus Difficile est. Scelerata porta rome dicta est: z sceleratus cāpus: hoc est pollutus.

Scepsis: ciuitas phrygię quā quidam enee regia fuisse tradūt. Hinc Scepsius scepsia scepsium. Ex hac fuerūt Hetrodorus: qui artem memorię confūmauit: z Demetrius grammaticus qui troianam extructionem exposuit.

Sceptrum: virga qua reges vtebantur.

Scheda: tabella siue pagella phillyracea: hoc ē tiliacea: qua pro chartis priscos vti solitos Eustachius z Aelianus asserunt: hodieq; grecum vulgus scedas vocat tabulas eas quibus supputatores numeris scribendis vtuntur: vt mox lita sponge leuiter aboleri possint. Accipitur quandoq; pro folio chartę siue papiri nondum compacti et ligati: quod z phylluram greco vocabulo nuncupamus. Plinius. Sed ratio deprehēdit vitium vnius schede reuulsione. Quidā detracta aspiratione Scedam scribūt. Quintil. Nā qui omnes etiam indignas lectione scedas excutit: a vilibus quoq; famulis accōmodare operam potest. Unde z pro libris monumentisq; litterarum schede: quandoq; accipiuntur. Mar. Ohe iam satis est ohe libelle: Tu ,pcedere adhuc et ire queris nec summa potes in scheda teneri.

Schedula diminutiuū a scheda: z id est qō vulgo dicūt boletinum: non vt multi dicūt Cedulā. Hierony. ad Alga. Detulit mihi in parua schedula maximas questiones quas a te datas mihiq; tradendas diceret. Ponitur z pro libro.

Schedia nauigū genus incōditum z trabibus tantum inter se connexis factum: quales sunt rates. Et apud grecos schedia sunt que nos extēporalia vocamus. Unde z pro inconditis z extemporariis carminibus dicuntur: que nostri syluas appellant. Grecl eām σχεδιον vocant: qō ex tempore compositū est: quasi dūtaxat in schedis scriptus: z primo ruderatu deformatum: non adhuc expolitū σχεδιαζω significat rem ruditer incipio. Schedicus a um. Apul. in deo Socratis. In isto schedico z incōdito experimini an idē sim repentinus: qui preparatus.

Schema atis: z Schematus z schema ę. forma vel figura: siue cultus ornatus ve latine dicitur: quia per hoc quodāmodo vestitur z ornat oratio. Plau. in Persa. Lepida cū decora schema. Ambro. Adhuc athlete in schemate sunt: z tu iam otius petis? Huius multe sunt species: videlicet prolepsis: zeugma hypoceusis. Syllepsis: anadiplosis. Anaſionomaton: Paromeon: Homeoptoton. Polyptoton: Irmos. Polysintheton: Dialyton. Prisci latini absq; aspiratione pronūcisbant z declinatione secunda. Unde vetusti codices Plautini habent scriptū qō ego huc ,pcessi sic Cum seruili schema id est habitu.

Schesis dici potest habitudo: cum multitudo nominus incōiunctorum quodam ambitu copulatur: vt nubila: nix grando: ,pcelle: fulmina venti.

Schisma tis: latine scissura: ab σχίζω qđ est scindo. Hinc diuisionem ecclesie schisma dicimus nō scisma vt multi ꝓferunt male.

Schenos: latine finis Quo nomine etiā dicta fuit vrbs Boetie a Scheno Athlantis patre sic appellata. Schenos quoq; mensura terrę quinquaginta stadia continens: vt inquit Herodotus libro. ij.

Schenus untis: flumen athenis proximū: vt inđt Strabo a iuncis dictū. Proindeq; iuncarios in hispania campos schenuntas vocāt. Sed z in arcadia schenū tis fit mentio: ab amne quē schenuciam appellāt. Itē Schenus arbor lentisci.

Schenum locus in boetia collocatur.

Schenismos mensura terrę est.

Schenoplocos funarius z restio latine appellatur: qui funes facit.

Schenobates penultima correpta qui per funes ludendo graditur. σχοινος funis dicitur: z βαινω ascendo quasi funis ambulus. Iuue. Augur schenobates medicus magus omnia nouit. Ita Firmico dicuntur Neurobate Funerepei. z Funepei ab Apuleio. Funambuli ab omnibus.

Schenite penul. pro. populi sic dicti a tabernaculis in quibus degunt quę cilicijs metantur.

Schola litterarū ludum significat: a verbo greco σχολαζω qđ est vaco: qz ceteris rebus omissis vacare liberalibus studijs pueri debēt. Ausonius tū ab σχολη id est ab vacatione z laxamento qđ pueris interdū dandū esse ꝓscribit: dici sentit. Sic eīm ait. Graio schola noie dicta est. Iusta laboriferis tribuantur vt ocya musis. Aug. lib. j. cōfeſ. Inde datę sum in scholā vt discerē lras. Plurali nūero scholę apud Festū. Erat z in balneis schola. apud Victr. pars labri siue alphei a prestolādo vt quidā arbitrant dicta vt occupato ab his q̄ priores venissent labro in schola ceteri circūspectātes recte stare possent. Erat z in porticibꝰ auctore Pli. Alexādrū inđt et philippū cū minerua qui sunt in schola in octauie porticibus et philippi. Lice. lib. tus. posuit scholas ꝓ disputationibꝰ z controuersijs quę in scholis inter doctorem z discipulos ociose agitari solent cū inquit. Hanc ꝓfectā philosophiā semꝑ iudicaui: que de maximis questionibꝰ copiose posset ornateq; dicere: in quā exercitationē itanos studiose operam dedimus: vt iam etiam scholas grecorū more habere auderemus.

Scholaris z hoc scholare qđ ad scholaz ꝑtinet. Hiero. ad Nama. Nec aures Quintiliani flosculis z scholari declamatione mulcende.

Scholasticus scholastica scholasticū idem qđ scholaris Unde scholastica disciplina: z scholasticos vocamꝰ discipulos qui discēdi gratia scholas frequētant.

Scilicet aduerbium significat certe: quasi scire licet. Et modo affirmatiue. Liuius. Terrā osculo cōtigit: scz ꝙ cōmunis mater oim mortaliū esset. Ouid. Scilicz est aliquid cū seuis viuere vētis. Hoc est ꝓfecto multum est. Modo Ironice: vt cū ꝓnunciaē cū quadam acerbitate. Nam tum negat qđ dicit. Virg. Scilicet is superis labor est? Lice. Furnio. Scilicet id agitur quasi dicat nō agit. Interdū significat ad hoc. Hiero. in paulo. Et inter equuleū laminasq; victorū iussit melle perungi: scilicet vt mulcaz aculeis cederet qui ignitas sartagines ante superasset.

Scylurus penultima producta nomen viri de quo in dictione Silurus.

Scindo scindis scidi: scissum per duplex ss. significat findo: frango. Virg. Scinditur in certum studia in contraria vulgus. Huius verbi cōposita sunt Abscido: Conscindo. Hiero. ad Ctheſi. In mētem tibi veniat tunicā saluatoris: nec a militibus fuisse conscissam. Discindo varie scindo. Terē. in Eu. Uestē oēm misere discidit. Interscindo per mediū scindo. Lactā. lib. de opi. Labra ipsa quę quasi antea cohęrebant ꝝ deceter interscidit. Proscindo valde vel vltra seu sub tus scindo. Rescindo. de quibus alibi.

Scissile pe. cor. quod scindi potest.

Scissio: scissura: z scissus us: idē significāt. Varro. Scissu materie fatigatus quiescebat lectulo.

Scintilla: quasi scindilla: ꝙ scindatur a re ignita. Uide in dictione Faucilla.

Scintillo as: splendeo/micо.

Scylla: saxum in mari periculosum mare faciēs nautis Unde est illud. Decidit in scyllam cupiēs vitare charybdim. Est z Scylla nomē filię Nysi Megarensiū regis: que Minois amore capta sed ab ipso spreta cum ex dolore defecisset: in auem sui nominis mutata est. Ouidius. Filia purpureos Nysi furata capillos Puppe cadens nauis: facta refertur auis. Altera fuit scylla Phorci filia: que versa fertur in saxum cui nomen est Scylla in mari periculosum: lege Seruium: qui latius eas pertractat. Item scylla genus piscis: quo maxime abūdat Lyris amnis Campanię Minturnesium vrbem interfluēs. Horatius. Affertur scyllas inter murena natantes. Var. Ceruleus nos lyris amat quem sylua marice Protegit: hinc scylle maxima turba sumus. Item scylla stirpis species est. Aristoteles libro. j. de vegetantibus. Quedam inquit habent vnam tantuz radicem vt Scilla: quia illa nascitur ex solo raro: proceditq; inferne dilatando se. Rursus Scylla est genus cępe. Col. li. vij. Sed etiam remedio cum dulci vino tritum serpilluz et concisa z in aqua macerata scylla. Suidas. σκιλλα εἰδος βοτανης πικρας και θαρα τηφορον σ τοις εσθιουσι.

Scylleta: loca in quibus scylle pisces capiuntur. Lice. Hac lege tribunitia decē viri vēdēt agrū cāpanū: accedet ei mōs caurus: accedēt scylleta ad minturnas.

Scylleuz ꝓmontorium in peloponneso: vt Pli. Strabozq; testant: sed sinu Argolico iuxta Hermionē quo Scylla nisi filia fluctibus eiecta creditur.

Scyllaceū atheniensiū colonia in vltimo italie ab atheniensibus dū cōderent scylletium dictuz a quo sinus syllaceus: qui hippomatē sinū isthmū facit. Virg. liū. Caulonisq; arces z naufragū scyllaceū.

Scyllus untis: oppidū achaię vt Strabo scribit quo ꝛe nophon donatus est a Lacedemoniis. Scyllus scylli prorium nomen fratris dipeli.

Scyphus vasis potorū genus: qđ ꝓrie Herculi artribuitur: sicut Catharus libero patri. Hoc veteres in sacris vsi sunt z in conuiuijs. Virgilius. Et sacer impleuit dexteram scyphus.

Scyron latro fuit: cuius ossa cum in mare cecidissent: in scopulos conuersa ferunt: que adhuc Scyronia saxa vocant. Sunt autē in attica regione simul cum oppido eiusdē nominis non longe a Megaris iuxta mare: ita sita vt transitū non relinquant. Hinc Atheniēses ventum ab his locis flantem ꝓcellosum scyronē appellant quoniā spirat a saxis que Scyron latro in coluit. Hic paulo ab Argeste deflerus esse dicit: quē z Olympius vocatur: z a nōnullis Hellespontius Seneca libro. iiij. naturalium questionū. Arabulus Apuliam infestat: Calabriam Japyr: Athenas Scyron. Galliam Circius. Scirron vero per duplex rr. Nam grece σκιρρον scribitur: est illud qđ gignit in ventre viri. Hoc splenis hepatisq; vitio exuberat ꝑsertim in hydropicis.

Scirron. Uide in dictione Scyron: de quo modo.

Scyros insula est contra Magnessiam in mari egeo vna ex cycladibꝰ: Lycomedis regis patria: vbi achilles puerili habitu educatus est: z in qua est vrbs eiusdem nominis. Patet hęc insula Plinio teste longitu-

dine. xxv. Hil. passuum ex qua lapidem integrū fluctuare trādunt: eundez cōminutū mergi. Hinc Scyrius scyria scyrium: z Scyrias: quoz prima ꝓducit Ouidius. Sepe malis stupeo: rerumqz oblita locqz Ignara tetigi scyria mēbra manu. Idē lib. j. de arte. Scyrias hemonio iuncta puella viro. Sunt aūt tres nominibus confines insulę. Scyros Scyrnus z scyrus. ex qua Pherecides: ne errent qui aut scyrium aut syrum quasi e terra syria scripsere. Dicta est autē Scyros: quia σκιροσ dicitur salebra z asperitas: vt inquit Eustathius.

Scythia: regio septētrionalis: a Scytha Herculis filio: vt inquit Herodotus: ita dicta. Hec diuiditur a Tanai fluuio: z pars vna remanet in Europa: altera in Asiam ꝓtenditur. Scythia Europe terminat ad Thraciam: in ea solum est aurum ꝓducens vt Pompo. refert: inhabitabile tamē ꝓpter Gryphos aurū custodientes: In ea regione sunt Arimaspi homines quib⁹ singuli oculi esse dicūt. ibi Boristhenes qui gētem sui nominis alluit inter scythie amnes amenissimus. Scythia vero Asię ita a iustino libro. ij. describitur. Scythia in orientē porrecta includitur ab vno latere ponto et ab altero montibus ripheis: a tergo Asia z Tanai flumine. Vultum in longitudinem z latitudinez patet. Hominibus inter se fines nulli: necq enim agrum exercēt: nec domus illis vlla aut rectum aut sedes est: armenta z pecora semper pascentibus: z per incultas solitudines errare solitis. Vrozes liberosqz secum in plaustris vehunt. Quibus cozis hymbrium hyemisqz causa rectis ꝓ domibus vtūtur. Justicia gentis ingenūs culta non legibus. Nullū scelus apud eos furto grauius. Quippe sine tecto z munimēto pecora armenta habētibus quid saluuz esset: si furari liceret? Aurū z argentū ꝓinde asperantur: qđ reliqui mortales appetunt. Lacte z melle vescūtur. Laneus vsus ac vestiū ignotus. Et q̄q̄ cōtinuis frigoribus vrantur: pellibus tamē ferinis aut murinis vestiuntur. Hec continentia illis mozūqz iusticiam dedit: nec alienum concupiscentibus: quippe diuitiarum cupido ibi est vbi z vsus. Atqz vtinam reliquis mortalib⁹ similis moderatio z abstinētia alieni foret: ꝓfecto non bellox tantū per oia secula terris omnibus continuaretur: neqz plus hominū ferrū et arma q̄ naturalis fatozum conditio raperet. Scythe ab alieno imperio aut intacti aut inuicti mānerūt Darium regem persarum turpi a scythia sūmouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexādri magni ducem cum copūs vniuersis deleuerunt. Romanozum audiuere non sensere arma. Bene z laboribus z bellis aspera. Vires cozporum imensę. Inde dicti sunt scythe populi qui dipertiti sunt. Alteri Europei: alteri Asiatici. A scythia fit Scythicus a um. Apul. Plericqz eoz scbrycis moribus viuebāt.

Scythotauri populi scythie qui vt Solinus scribit ꝓ hostus aduenas cedere consueuerūt.

Scyros: latine cozīū. Ūū scytorom⁹: cerdo incisoz cozū.

Scytala: mus araneus latine dicitur. Col. li. vij. Mus araneus: greci σκυταλην appellant.

Scytrops z scytropus penultima ꝓducta tristem mestumqz significat.

Sciopodes penultima correpta. Umbripedes dicuntur: homines indici singulis cruribus mire pnicitatis ad saltum: sic dicti q̄ in maiore estu humi iacentes σκιοποδοσ hoc est vmbra pedis se ꝓtegāt. Aug. lib. xvj. de ciuitate dei. Ferunt esse gentem vbi singula crura in pedibus habent: nec poplitem flectunt: et sunt mirabilis celeritatis: quos sciopodas vocant: q̄ per estum in terra iacentes resupini vmbra se pedū protegant.

Scio is: sciui scitu: futuro sciam z scibo. Terē. in adel. Hinc scibo iam vbi siet. Et ꝓprie scire est rem per causam cognoscere. Huius cōposita sunt Ascio: adscio: cōscio: descio: nescio: perscio: z rescio. A quibus ascisco: conscisco: descisco: prescisco: et rescisco. De quibus alibi.

Scire vti foro est se accōmodare ad mozes aliozum nec eozum opinioni studūsqz aduersari. Dona. ꝺo Scilli vti foro. i. scis quid facere oportet.

Sciētia: a participio sciens fit. Ambro. Cur estimabas q̄ ad scientiā meā que gererer non peruenirent. Est autem scientia qua aliquid scitur. Cuius contrarium est Inscientia. Col. lib. iij. Queruturqz non respondere sibi vineta que per auariciam vel inscientiā vel negligentiam perdiderunt. Hec etiam inscientia dicitur: vt apud eundem. Nam plurimos per hāc inscientiam vastare vineta compert.

Scitus dicitur: qui sciens z argutus est: z vulgo dicitur saputus. Unde Scite platonis interrogatiōes dicūtur astute z vafre: z magna arte composite. Terē. in Eu. Scitum hercle hominē: dic ꝓsus ex stultis insanos facit. Cice. Lel. Scitū est illud Catonis. Vulto melius de quibusdā acerbos inimicos mereri: q̄ eos amicos qui dulces videantur. Interduz Scitus dicit elegās: formosus. Terē. in And. Scitus puer natus e Pamphilo est. Plau. in amp. Hec nox scitę est exercēdo scorto ꝓducto male. Huic ꝓtū ē Inscit⁹ penul. producta qđ modo ꝓ ignorante z imprudente ponitur: vt apud Terē. in Hecy. Nā si id nūc facis factura' ve es: bon⁹ qđ par est facere inscitū offerre tibi iniuriā me imerenti iniquū est. Modo ꝓ ineleganti vt apud apm Jacobū. Suscipite inscite verbum qđ potest saluare animas vestras.

Scite aduerbiū significat doctę artificioseqz seu cuz bona scientia vel cū bona ratione. Gel. Scite subtiliterqz ratiocinatū Pytbagoram philosophum dicit. Col. lib. v. contrariū posuit. Nam id plurimum refert inscite non facere.

Scitum substantiuū significat decretum. Liuius. lib. j. Cetera quoqz omnia publica priuataqz sacra pontificis scitis subiecit. Hiero. Quare discipulos meos arguendos creditis: q̄ seniozum iussa parumpendant: vt dei scita custodiāt. Hinc plebescitum plebis statutum. Cice. lib. j. ad Terē. In rem cōferē vt si quis ex testamēto qđ facere iussus est: ex plebescito veretur.

Sciens feci. Inscius feci. Illud est qđ cum facerem aliquid sciui me facere hoc autem ignoraui. Scienterse ci. i. cum scientia z doctrina feci. semperqz in laudem Inscienter semp vituperabile.

Scius: qui scit. a quo Cōscius: inscius: nescius z pscius.

Sciolus diminutiuum est: z sumitur ꝓ aliquantulum docto. Hierony. in prologo Danielis. Qui mihi videbar sciolus: inter hebreos: cepi rursus discipulus esse chaldaicus.

Scisco is z scisco: deponēs: vt inquit Priscianus. Unde sciscito as: z sciscito: deponēs idem significans qđ scito: z magis in vsu est. Plau. in capti. Secede huc Nam sunt que ex te solo scisciari volo: quarū rerum te falsiloquū esse nolo. Sciscito tamen apud antiqs significat sententiā dico. Sciscere ꝺo est scire. Idem in Amphi. Scius accurro vt scisca qđ velit. Aliquādo etiam ponit ꝓ statuere: decernere. Idē in Cur. Rogationes plurimas ꝓpter vos populus sciuit quas vos rogatas rumpitis.

Scito: aris: depo. iterrogo seu inuestigo: q̄ occulta magis ac secretiora sunt. Virgi. Suspensi eurypilū scitatum oracula phebi Mittimus. Sed in raro vsu est: nisi apud poetas.

Scipio africanus qui Carthaginē tributariaz romanis fecit. Scipio minor qui carthaginem deleuit: z Numantiā deiecit. Constat familię Corneliozū cogno-

mentū Scipionum inditū esse ex eo q̄ Cornelius qui patrem luminibus carentem pro luminibus regebat Scipio cognominatus: nomen ex cognomine posteris dedit. Scipio enim virga siue baculus dicitur.

Scyrite gētes sunt inter nomadas indos secuti Plinius lib. vij. refert que nariū loco foramina tantū habent.

Scobs ḡminini generis ꝑm Prisciānū. vel hic scobis ꝑm Phocam. Et est id qđ ab aliqua materia minutissimū decidit: dū vel per serram secatur: vel per terebram perforatur: necnon ex attritione laterum scobs habetur: qua frequenter ad metalla ⁊ pauimenta terenda seduli ministri vruntur. Horatius in Ser. Tribus in scopis in napis in scobe quantus Consistit sumptus neglectis flagitiū ingens. Ten lapides varios lutulenta radere palma. Plinius lib. xxxiiij. Aliū elimatam scobem in fictili cado coquunt in caminis donec percoquatur figilinum.

Scobina pe. ꝑducta liminatura quę etiaꝫ scobs dicit. Inde Descobinatus ꝑ saucio abraso ⁊ desecto. Sūt etiam qui scobinam dicant instrumentū fabrile: quo arcus pręcipue leuigantur.

Scolopendra: animal e vermibus terre pilosuꝫ multis pedibus arcuatim repens: tactuq̄ contrahens se: qđ ab aliis multipeda: ab aliis centipeda: ab aliis millepeda dicitur.

Scolecia genus eruginis a specie vermiculorū Græce enim σκωληκιον dicit vermiculus.

Scomma: latine cauillum. Nam vt Macro. inquit est morsus figuratus qui sepe fraude vel vrbanitate tegitur: vt aliud soner: aliud intelligat: nec tamen semp ad amaritudinē pergit. Ledria ꝺo exprobratio est ac directa cōtumelia: vt Micarchus ει μεφιλεισ μισεισ μεει μισεισ συφιλεισ με κειδε μεμνησισ φιλατε μημεφιλει.

Scombrus genus piscis marini: cui in aquis sulphureꝰ color est extra aquā qui ceteris. Scombrorum tanta multitudo in freto hispano est: vt insula ad Carthaginem nouam spectans. A scombris scōbria sit noiata.

Scopa instrumentū quo pauimenta verruntur. Plau. in Sti. Mundicias volo fieri hic: ferte huc scopas: simulq̄ barūdinem: vt operā omnem aranearū perdam ⁊ texturam improbam: dehinc iamq̄ earū ois telas. Dictę scope quasi scobe: q̄ his purgamēta veluti scobem educimus. Hoc instrumento plectuntur fontes ob noxam dum ceduntur scoparum fasciculo manuali circūducti per foza: vt vibices rubentes eriſtant in tergo: hoc vulgo dicitur scopare. Huius diminutiuū est scopula. Colu. libro. xiū. Deinde penniculo detergit: ⁊ ferutissima pice infusa nouo alio rutabulo ⁊ scopula picatur. Et est Scopa nomen ville in lybia. Scopas nomen viri ꝑprium.

Scopula diminutiuū parua scopa: ḡre i dictiōe Scopa

Scopo as aui: ⁊ scopo is psi: significat sicut sonat Hiero. in Esaia. Et scopabo eam in scopa terens. Idem in ps. Et scopebam spiritū meū.

Scoparij dicunt ministri quoꝝ ministeriū est vt scopis deuerrant pauimenta sordentia. Alp. ti. de fundo instructo. Si villa cultior sit accedere instrumēto fundi atrienses ⁊ scoparios.

Scopei homuli parui: qui etiam ab aliquibus Stilpones vocantur.

Scopus: ⁊ diminutiue Scopulus: saxum eminēs a speculando dictus σκοπειν eñ speculari est. Unde ḡreci Scopon dicunt locum in quem sagittando tela diriguntur. Sueto. de Domi. Nōnunq̄ in pueri ꝑcul stantis prębentisq̄ ꝑ scopulo dispansam dextre manus palmā sagittas tanta arte direxit: vt oēs per interualla innocue euaderent. Uege. lib. ij. refert q̄ sagitarij funditoresve ponere solebant ꝑ scopo. Hoc est signo scopas: id est fruticū vel straminum fasces.

Macro. Propositū vocat qđ ḡreci σκοπον nominant. Similiter apud oratores scopos quo rēdit omnis ductus oratorius. Et ḡreci σκοπελον locum eminentē: id est speculam nominant. Potest etiā dici scopulus vt inquit Ser. a tegmento nauiū απο του σκεπαζειν. Scopi etiam dicuntur vuę cum fuerint calcate ⁊ folliculi corticeꝫ.

Scoria: metallorum purgatio: quasi fer: sicut spuma que ex feruescente materia tollitur. Pli. lib. xxxiiij. Spurcitia in omni metallo Scoria vocatur. Hierony. in Esa. Argentū tuum versum est in scoriam. Ponitur interdum ꝑ cura ⁊ passione. Virg. ad Hesal. Et scoria patiar tabescere tali.

Scorodon σκοροδον latine allium dicitur.

Scorpius ⁊ scorpio vtroq̄ modo dicitur: ⁊ pro animali venenoso cauda feriēte: Huic Galla dissentiat. Aug. super Matth. Nam qualiscūq̄ latro homo est q̄ febris/q̄ scorpius/q̄ fungus malus: manducant homines fungum malū ⁊ moriuntur. Idem super Lucam Omnes qui propter istas diuersitates blasphemant christum nostrū: cauda scorpionis sunt. Et in euāge. Ecce dedi vobis potestatē calcandi super serpentes ⁊ scorpiones. Scorpius etiam siue Scorpio celeste signum. Col. Si ingreditur scorpium. xiij. kal. Nouembris. Item militare instrumentum: q̄ paruis ac subtilibus spiculis inferat mortes: siue q̄ scorpionis similitudinē habeat: cū arcus hinc atq̄ hinc sceleruꝫ similitudine pręferant spiculum cande. Sunt qui hunc Arcubalistā appellent. Quidam etiā accipiūt scorpium pro genere instrumēti torquendi vt sunt rubi aculeati: vel flagellū virgarum: vt scutica habens in sūmitate glādes plūbeas. Quo quidē tormēti genere sepe legim⁹ martyres afflictos fuisse. Preterea scorpius herba est semen habēs ad similitudinē scorpionis: quę valet aduersus animal sui nominis.

Scorpionarū qui scorpionibus. i. qui arcubus vruntur: vt sagittis feriant.

Scorpena genus piscis: de quo Ambrosius. Scorpena quoq̄ castitatem immaculati connubij generi suo seruat: non pcutit sed reficit.

Scortes: testium aretinoꝝ pelles. Hinc scorteus a um. quicquid ex pelle est. Et oia ex pellibus facta scortea dicunt: vel ab eo qđ est σκωρ.

Scortū idem qđ corium. Unde ⁊ scortum meretrix dicitur: q̄ sicut pellicula subigatur: cum solum calcamētorū omnibus subiectū sit: vel q̄ in grabatulis pelles stratas tenere consueuerunt. Scortum enim dicitur corium qđ est animaliuꝫ que crassiorem ac durioꝛem pellem habent. Hiero. contra Ioui. Scorta atq̄ ꝓstibula si fuerint baptizate virginibus coequabuntur origo est σκωρ.

Scortor aris: sepe meretricula duco. Hiero. in Deute. Non erit meretrix de filiabus israel nec scortator

Scoti populi brytānici apud quos nulla coniunx ꝓria est. Hiero. Quid loquar de ceteris nationibus: cum ipse adolescētulus in gallia viderim Scotos gentes brytānicam humanis vesci carnibus: ⁊ cū p sylvas porcorum greges ⁊ armentorū pecudūq̄ reperiant: pastorū nates ⁊ fœminarū papillas solere abscindere: ⁊ has solas ciborū delitias arbitrari.

Scotomia infirmitas quedam tenebrositatē inducens. Unde ⁊ obtenebratio dici potest. Nam ab σκοτος μια deducitur: qđ est vertigino.

Screo as: significat cum conatu quodā de pectore sputum eiicio. Pli. lib. xxiij. Cadez in lumento hominis eq̄ phlegma aut sanguinem qui screatur talo circūligata sanat. Hoc verbum quidaz a creo componi volūt. Huius cōpositū est Excreo. Pli. lib. xx. Medius ad hęc ⁊ sanguinē excreātibus coctos dari iubet. Tibul. Ante ipsas excreat ipse fores.

Screatus us:ipsa screatio. Terētius in Heau. Hemi⁹ screatus tussis.

Screabile:qđ screari potest. Pli.lib.ij. Pulmonū vitia execrabilia facit.

Scribo is psi ptum. Scribere eorum proprie est qui aliquid condūt. vnde scriptores. Nam librarij ⁊ qui ab exemplarijs aliquid excribendum sumunt: non proprie scriptores sunt:nec proprie scribūt sed describūt aut exscribunt transcribūtve. Lice. Omnis. Sed prime de optimo genere dicēdi. Vide in dictione Describo. Interdum etiam Scribere accipitur pro manu ꝓpria litteras fingere:qđ ⁊ librarij faciūt. Quandoq; scribere significat pingere. Plinius de Nicomacho pictore. Scripsit ⁊ apollinē ⁊ Dianaz deūq; Martem in leone sedentem. Unde ⁊ picturas legere dicimus. Virgilius. Quin protinus omnia legerent oculis. Huius cōposita sunt Ascribo/Conscribo:Circūscribo:Describo:Exscribo:Inscribo: Perscribo: Prescribo: Proscribo: Rescribo: Subscribo:Superscribo:Unde ⁊ superscriptio:Transcribo que habent penultimā ꝓductā.

Scripto as frequentatiuū:a quo fit aliud frequētatiuū scriptito as.

Scriba:q̄ litteras vel gesta:vel tabellas:⁊ alia quecūq; scribit nomine regis vel alterius. Liuius libro.ij. de Cor. Mutio loquens. Ibi cum militibus stipendiuz forte daretur:⁊ scriba cū rege sedens pari fere ornatu multa ageret:⁊ paulo post. Scribam pro rege obtruncat. Lice. Rufo. Ad ea que scripsisti cōmodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere: si M. Tullius scriba meus adesset. Scribę etiaz dicūtur librarij q̄ ab alijs editos scribūt. Itē scribe tabellarij q̄ dicunt Tabelliones ⁊ notarij: q̄ rōnes publicas scribūt in tabulis. Græci γραμματεας dicūt.

Scriptor qui scribit siue texit epistolam/orationē/libruz/opusve qōcūq;. Liuius lib.j. Et si in tanta scriptorū turba mea fama in obscuro est. Dona.in ꝓlo. Terē. Indifferēter inquit omnis qui aliquid scripsisset scriptor a veteribus dicebat.

Scripturarius qui scripturis omnia: vel vbium vel pruntiarū gesta publice cōputat. Lucili⁹. Publicanus ꝺo vt asię fiā scripturari⁹. Idē ⁊ Tabellio dicitur.

Scriptum:q̄uis adiectiuū etiā habeat: substantiuū tñ sepissime reperitur:sicut dictū factūq;. Respicit autē ꝓprie ad tempus preteritū ⁊ significat generatim qđ cūq; scriptum. Lice. lib.j. ad Were. Ex scripto sententie coutrouersia nascitur hoc modo. Cum videbitur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. Aliquando etiam futurum ⁊ quasi presens tempus aspicit. Idem Lucceio. Ardeo cupiditate icredibili:neq; vt arbitror reprehēdēda vt nostroz nominū scriptis illustretur ⁊ celebretur.

Scriptura est id qđ scribimus vel scribendum censuimus censemusve. Lice.libro.iij.ad Were. Non suz nescius quantum suscepserim negociū qui motus corporis exprimere verbis ⁊ imitari scriptura conatus sim voces:scriptura.i.scribendo. Et libro.iij. Reliquum scripturę consumetur in exemplis: id est eius qđ scribendum est. Aliquādo capitur pro stylo quo quis vtitur in scribendo. Idem. Trebo. Cum vero ea quę scriptura persecutus est sine summo amore cogitare nō potueris. Cecinna Ciceroni. Genus autez hoc scripturę non modo liberum sed incitatum atq; latum esse quis ignorat?

Scriptio:epigrāma siue id quod scribitur: vt sit memorabile. Licero ꝓ Archia: Quā multas nobis imagines verūetiam ad imitandum fortissimoruz virorum expressas scriptiones ⁊ greci et latini reliquerūt: quas ego mihi semp in administranda rep. proponens animū et mentem meam ipsam in cogitatione hominū excellentium confirmabam. Idem Dolobelle Gratiunculam pro Deiotharo quam requirebas habebam mecum:qđ non putaram. Itaq; eam tibi misi: quam velim sic legas: vt rem tenuem et inopem nec scriptione magnopere dignam. Ponitur etiam pro quacūq; scriptura. Varro. Suarus generator spe lucri rem scriptione duplicarat.

Scriptorius a um: quod ꝺaptum est vt ex eo scribatur: seu quod ad scriptorem pertinet: vt Atramentum scriptorium.

Scribligo a vetustioribus latinis dicebatur soleocism⁹ a tortuose orationis prauitate ac versura.

Scriblita appellata est ꝙ in circuitu ad restis modum torqueretur. Hoc solum differens a placenta: ꝙ hac melle coquebat:⁊ feruētissima edi solebat. Var. Circūlata diu mensis scriblita secundis Urebat nimio seua calore manus. Plau. Dum ludi fiunt in popinā pedissequi irruptionem facite:nunc dum occasio est: nunc dum scriblite estuant occurrite.

Scrinium a secernēdo:archa dicitur: qua seruantur pręciosa ac secreta. Pliniꝰ. Alexander cępit scrinium vnguentoz. Huius diminutiū est Scriniolū.

Scriniarius scriniorū custos.i.rerum secretarū.

Scrobs generis tam masculini q̄ feminini ꝑm Prisci. Sercamen ait magis masculinum esse q̄ femininū: ⁊ allegat Plautum qui dixit Sexagenas scrobes. Lu. vero ait. Exigua posuit scrobe:sed contra artem Sunt autem scrobes fossiones vt putei vel fouee intra terram manu factę ad vineas vel arbores conserendas vel ad metalla ⁊ quecūq; alia fodienda. Col. Ante annum q̄ poma disponere voles: scrobes fodito. Huius diminutiū est. Scrobiculus. Pli.lib.xvij. Atq; in scrobiculis seruntur heminis fecis circūfusis. Col.lib.v. Et id qđ a matre abscissum recessit:cōfestiz a latere circūfoditur:⁊ scrobiculo facto ad imū solum preciditur.

Scropha que multos peperit porcos. Var. Propterea matrem scrophaꝫ sua quecq; hara suos alat oportet:que alios aspernatur. Fuit ⁊ scropha cognomen familię romanę.

Scrotum pellis que testiculos continet. Quidā tamen serotū non scrotū legunt: qđ grece oscheon: ꝙ ille stamnus inuoluat seret ⁊ obnubat testes.vel a sero is:ꝙ seminalis principij ⁊ initialis sit retinaculum. Scrota etiā qdā interpretāt imagūculas puellares deliciarij opis q̄ pplo circūferebant bellariorū tāliū liguritor cupiētissimo. Hęc vēdebant ꝓpiapi siliginei scroto et testibus insignita q̄ erāt erq̄sitioris ganeę. Dicunt et Scruta. Hora. Milia vēdēte tunicato scruta popello

Scrupus ꝓprie lapillus breuis qui pressus solicitudinē creat. Hinc scrupeus a um:quod est lapillosus. Virgilius lib.vj. Spelunca alta fuit vastoq; imanis hiatu Scrupea tuta lacu nigro.

Scrupulus diminutiū a Scrupus ꝓprie lapillus breuis ⁊ asper qui in calceo latēs plerūq; nos ledit:nam pressus pede solicitudinē creat. Unde pro solicitudine ⁊ difficultate ponit. Terē. in adel. Inieci scrupulū. Aug.lib.ix.de ciui.dei. Non multū de noie disputandum est:cuz res ipsa ita clara sit vt a scrupulo dubitationis aliena sit. Et scrupulosum solicitū ⁊ anxiū dicimus. Vale.max. lib.j. Qui tam scrupulosa cura paruula que.q; momēta religionis examinari vident Idē scrupulosa res dicit q̄ habet in se aliquid asperi. Scrupulus etiā ⁊ scrupulū siue scrypul⁹ ⁊ scrypulū nomen est ponderis:latine obolus:⁊ sex siliqs consiciebat:⁊ ex trib⁹ scrupulis drachma fit ait Prisc. In scrupulis trinis drachmā. Vale.max.li.viij.de paupte. Eadē ges nullū ante scrupulū auri habuit. Quid. de medi. Quinq; parāt maratri scrypula myrrha nouē. Scrupul⁹ etiā mēsura est in metiēdis ferris. Col.

lib. vj. Igit iugerū hȝ quadratoȝ pedū milia. xxviij. dccc. qui pedes efficiūt scrupula. cclxxviij.

Scrupulatim per scrupula. Pli. lib. xxij. Scrupulatim quidē colligere ac miscere vires nō cōiecture hūane opus: sed imprudentie est.

Scrutum: vide in dictione scrotum.

Scrutor/inquiro: vt dominus scrutatur corda hominū. Dicit ꝛ scruto as. Unde ꝛ perscruto: sicut ꝛ perscrutor. Hiero. super p̄s. Ꝟ bonus perscrutaui ꝛ si laborioſe existimaui.

Sculptile penul. cor. quod sculptū est: siue qđ sculpitur vt sculptile simulachrū qđ sculptū est. Hier. in exo. Non facies tibi sculptile. Et in Esaia. Nūquid sculptile conflabit faber?

Sculpo is. pſi. ptum. ſignificat cedēdo imaginē aliquā efficio. Et ꝓprie in marmore ꝛ alijs lapidibus sculptura dicit. Conflatura in metallis: q̄ solui possunt: ctȝ cōflari: vt auro/argēto/et ceteris. Verū scalpo nō sculpo dici debere: auctor est Diomedes.

Sculponee calcei ex lana confecti. Plaut. in cas. Qui queso potius q̄ sculponeas quib⁹ butuatur tibi os. Ueuius. Sculponeis batuēda sūt latera. Hinc sculponēatus dicitur qui est sculponeis indutus. Var. Aspicio sculponeatā bigas seq̄ cornuatas. Scribit Cato sculponeas bonas alternis annis dari oportere familie rusticane.

Scurra: qui risum ab audiētib⁹ captat non habita rōne verecūdie aut dignitatis. Dictus scurra vt quidā volunt: a sequēdo: ꝙ id genus hoies sequi soleant opulentiores aliquid promerendi causa: quos greci βωμολοχους dicūt. Inde scurrilitas vitiū vrbanitati oppositū: ꝛ scurrile penulti. producta ridiculū cū turpitudine.

Scurro idē quod scurra. Hiero. ad Ocea. Uinolentia scurronū est ꝛ comessatorū.

Scutū ꝛ scuta g. ſm Pris. cuius diminutiuū est scutella necnon ꝛ scutula ab σκυτος pellis ꝙ nō sine pellib⁹ fiat vel a sectura: vt inquit Varro. ꝙ e minutis confectum sit tabulis.

Scutatus: scuto armatus.

Scutarius qui scutorū curā hȝ. Hiero. lib. iij. Reg. Et scutarius qui scuta facit. Plau. in Epi. Jd modo videndū vt materia suppetat scutarijs. Scutigerulus a Plauto sumit⁹ pro armigero qui gerit scutū oñi.

Scutarius a. um. quod ad scuta ptinet. vnde Sege. lib. ij. In romana militia habebant fabricas scutarias et loricarias quib⁹ armoꝝ genera formabant.

Scutula g. forma rotunda quales aranea cōtexit. Pli. lib. xj. Quāta arte celauit pedicas scutulato rete ad capiēdas muscas circa grassantes. Est ꝛ scutula vas octo vnciarum capax. Var. Beſſalem ad scutulam sexto puenimus anno. Jdē. Sic impleti gabatas paropſides ꝛ leues scutulas cauaſq̄ lances. Est et scutula serpētis genus in affrica. Itē scutula hasta teres qua lina tunduntur.

Scutulata vestis dicitur que habet quosdam orbes vel circulos quasi scutulis distincta. Nā sicut diuersos colores picture babylonij: plurimis vero licijs alexandrini texere que polymita appellant: ita galli scutulis vestes diuidere q̄ scutulata dixerunt instituere. Plinius. Scutulatorem araneū appellat qui insoluibili nodo implicat pedicas. Potest etiaꝫ dici vestis scutulata a colore. Est enim scutulatus color: vt Palladius inquit. Colores hi ꝓcipui: Albineus: russeus: murreus: ceruinus: gilbus: scutulatus: albus: guttatus: niger: preſſus.

Scutella: vasis genus rotundi concaui quo minutal ex carne vel ex olerib⁹ in mensam exhibēt: a scutra sicut a mitra mitella: seu a scutula. Cicero. lib. tuſ. Demus scutulā dulcicole potionis: aliq̄d, puideamus ꝛ cibi.

Scutulū: tenue ac macrū in quo tm̄ exilis pellicula cernit: diminutiuū a scuto. Lice. lib. ij. de natura deoꝝ. Cum pelle caprina: cum hasta: cum scutulo: cum calceolis repandis.

Scutica penul. cor. genus verberis e loris facti: a greco σκυτος. corium vel pellis: quia ex corio fit. Uuius diminutiuū est scuticula.

Scutrilcum: vasis genus apud Catonē. Et videtur ex figura greca deriuari a scutra. Est cm̄ scutra vasis genus: quod ꝛ scutula dicit.

S Ante L

Se duobus modis dicit. Nam ꝛ pronomē ꝛ ꝓpositio est. Pronomen autē quādoq̄ per se proferturꝫ cum aliquem quippiam in aliū fecisse ostendimus: vt hic fatetur se nocuisse mihi. Cum autem in seipsum tunc geminatur ꝛ dicimus sese. Se prepositio semꝑ composita inuenitur: et modo vim separatiuā habet: vt separo/seduco: modo abnegatiuā: vt securus. Fitq̄ vt quibusdaꝫ placet a semis quod separationē facit: siue a secus. Sed magis puto semis ꝛ secus sicut et seorsum a se prepositiōe fieri. Componit vero cum dictiōe incipiente a L. vt secedo. D. vt seduco. E. vt sedeo. Aū seditio vbi d. interponitur euphonie causa H. vt segrego. J. vt seiungo. L. vt seligo. P. vt separo. U. vt seuoco.

Sebennytū vbs in egypto: vbi ꝛ palus ꝛ amnis sunt cognomines. Unde prefectura quoq̄ sebennytica: et sebennyticū nili ostiū vocari constat: quod in duo alia diuidit. s. in saiticū ꝛ mendesium.

Sebunus penul. pro. Lacus quem facit fluuius Loli⁹ apud Sarnticū vallis calepine oppidū. Hodie vulgus ipsum lacum Iſei appellat.

Sebetos penul. pro. fons apud neapolim cuius aquas vicatim decurrēs: oñes fere vsus neapolitanis prestat. Pap. lib. j. siluarū. Et pulchra tumeat sebetos

Secedo is. pe. p. seorsum vado: seu seorsum (alumna. venio. Plau. in am. Secede huc tu Sosia. Idem in Cur. Fugite ois abite ꝛ de via secedite. Itē secedere significat spaciari ꝛ a negocijs vacare. Inde secessio

Secessus us. mō pro discessu ponit: mō ꝓ vacatiōe: mō ꝓ sinu secretiore. Virg. Est in secessu longo locus.

Secerno is. secreui secretum: significat diuido. Cicero. Secernant se mali a bonis. Hinc secretū locum dicimus solum: et quasi a ceteris separatum. Et secreta mandata: secretas litteras: q̄ vel nulli vel paucis cōmunicantur. Et a secretis cui secreta cōmittunt. Aliquādo secernere est seponere. Lice. Luceio. Quod mihi acciderit optatius si in hac sentētia fueris: vt a continentibus tuis scriptis in quibus perpetuā rerū gestarū historiā cōplecteris secernas hāc quasi fabulam rerum euentorūq̄ nostrorū.

Secretariū: rerū secretarū repositorium. Josephꝰ. lib. xviij. antiquitatū. Philonē ex secretario Caiꝰ iubet excludi absentēq̄ fieri. Apul. in cosmagraphia appellat secretaria terre: occultiora sub terra loca.

Secespita: culter ferreus oblōgus manubrio eburneo rotūdo solido iuncto ad capulū: argento auroq̄ fixo clauis eneis: gre cypꝛio q̄ flamines ad sacrificia vtebant: a secando dicta. Sue. in Tibe. Nam et inter pontifices sacrificāti simul ꝓ secespita plūbeū cultrū

Secludo is. pe. pro. seorsum claudo (subiiciendū curaui. do. i. claudo. Lice. lib. j. tuſ. Uis demū quoddā iter esse seclusum a cōcilio deoꝝ. Quiq̄ excludo. Virg. Soluite corde metū teucri: secludite curas.

Seco as. secui sectum proprie excido. Col. lib. ij. Cum secueris autē herbam medicā sepius eam rigato. Et quoniā dū iter facimus quodammodo viā diuidere videmur: secare pro ducere ponit. Virg. lib. vj. Ille viam secat ad naues. Et secare est sequi. Idem lib. x.

Quę cuiqꝫ est fortuna hodie quā quisqꝫ secat spem. Huius verbi composita sunt. Conseco quod est etiā seu totum seco. Cice. lib. j. offi. Id agendū etiā est vt ea facere ne videamur irati: sicut ad vrendū ⁊ ad consecandū: sic ⁊ ad hoc genus castigandi raro inuitiꝫ veniemus. Circūseco. Cato de re rust. Quātū putabis ei rei satis esse vini: tot vites ablaqueato ⁊ signato: earū radices circunsecato ⁊ purgato. Deseco dorsum seu de aliqua re seco. Colu. libro. ij. Ea bubus ceterisqꝫ pecudibꝰ optime desecta p̄bẽt. Et li. iij. Si fieri p̄t: iuxta aliquē modū serrula desecato. Dissecco variꝫ modis seco/dilanio. Vide in dictiõe Dissecatus. Execo extra seco/excido. Lactā. lib. j. Et eum cū pellice deprehensum exectis virilibus semiuirum reddidit. Colu. lib. iij. Arborem quā inserere voles diligẽter execato ea parte quę maxime nitida est. Inseco intus seco. Idem lib. v. Sequenti deinde anno insecatur superior pars curuature vsqꝫ ad medullas Interseco per medium seco. Perseco perfecte seco. Proseco seco. Unde prosecta exta quę sacrificijs adhibentur. Præseco: præcido ante seu prius seco. Col. libro. iij. Radicem harundinis acuta falce præfectā impẽdẽti pluuia disponito. Reseco: rescindo: de aliquo excido. Idem in eodem. Ceterem vineam si in summo radices habebit resecare nolito: alioqn etiā nouellam vineam que ex resectione enata fuerit vini inutile habebis. Licero in Lel. pro restingo posuit. Neqꝫ id ad viuum reseco: vt illi qui hęc subtilius disserunt: fortasse vere: sed ad cõmunẽ vtilitatẽ parum. Subseco subtus/ seu paulatim seco. Colu. libro. ij. Quedam etiaꝫ subterranee pestes adultas segetes radicibus subsectis enecant. Et omnia habent penultimam correptam.

Sectio modo concisio ꝺ:: modo pars dimidia: vel aliq̃ pars bonorū qua quis mulctat. Cęsar cõ. iij. Postridie eius diei refractis portis cū iā defenderet nemo atqꝫ intromissis militibus nostr' sectionẽ eius oppidi vniuersam cęsar vendidit.

Sectura ipsa sectio. Pli. lib. xxxvij. Et quidẽ Calaides tali sectura formāt. Itẽ secture cauerne subterranee q̃ a terra secte. i. diuise sũt. Cęsar. com. iiij. Quibus fortiter resistentibus vineas turresqꝫ egit: illi als eruptione tentata: als cuniculis ad aggerem vineasqꝫ actis: cuius rei sunt longe peritissimi aquitani: ꝓpterea q̃ multis locis grarie secture sunt.

Sectile pe. cor. quod sectū est aut excidi potest. Sectile porrum dicit sectū ⁊ sua sponte concisum. Nam concisum ⁊ sectum introrsus videt. Juue. Quis tecum sectile porrum sutor?

Sectiuus a. um. pe. ꝑ. vt porrū sectiuum q̃ folia eius sępius secentur vt profundius crescat. Duo em̃ sunt porri genera: vnū capitatū: alterū sectiuū. Col. Porrum si sectiuū facere velis densius satum ꝓceperunt priores relinqui: et ita cū increuerit secari

Sectores q̃ spem sui lucri secuti bona dãnatorꝫ emebãt in auctionibus ac postea ꝑ compendio venditabãt: q̃ empta sua prosequant. Inde a Cice. D. Antonius sector pompeũ appellat: quoniã in subbastatiõe bona. Cn. pompeũ redemerat. Ci. pro Roscio. Mescis per ista tẽpora eosdẽ fere sectores fuisse bonorū et colorū. Item sectores sunt qui ex damnatiõe accusati dimidiū bonorꝫ expectant aut certe aliquā partẽ et id persequuntur.

Sector aris. frequenter sequor: quod fit cū quis aliquẽ sequi frequentat: vt eũ possit vel videre vel alloqui. Plau. in Cis. Unum sectatus sum clamore per vias Est et sectari continue sequi: vt fit cū quempiã in sermonibus: in sententijs: in disciplinis ⁊ ceteris factis sedulo perpetuoꝫ sequimur ac imitamur. Unde et secte philosophorꝫ. i. ductus. Terẽ. in eu. Ibi homo cepit me obsecrare vt sibi liceret discere id a me: sectari iussi si potis ẽ. Hui' cõposita sunt Assector/cõsector. Lact. lib. j. Qui si asino aut sui aut cani facultas loquẽdi tribuat queraſqꝫ ab his quid sibi velint cũ feminas tam rabide consectant: vt vir diuelli queant. Insector: persequor.

Secta a sector/seu a sectus ductus fieri cõstat. Ea inter philosophos ẽ aut philosophis similes: vt platonici aristotelici. A grecis heresis dicit. Col. li. ij. Quare antiquissimũ est formã huius operis cõscribere quã velut sectã legemꝫ in proscindendis agris sequant agricole. Hinc consectaneus q̃ eiusdẽ secte est. Aug. lib. x. de ciui. dei. Quanto humanius ⁊ tolerabilius cõsectaneus tuus platonicus apuleius errauit.

Sectarius veruex qui gregem agnorꝫ precedens ducit.

Secula penul. cor. fal. a sectando dicta hac vtũtur qui in pratis herbas secant.

Securis instrumentũ ad secanda ligna: q̃si semi quiris: vt inquit Ser. Sabini em̃ quirim hastam appellat. Virg'. libro. xj. Heratam quatiens tarpeia securim. Hui' instrumẽti inuentrix fuit penthesilea amazon. Unde ⁊ amazones securigere a poetis dicte sũt. Ali quãdo securis ponit pro dignitate ⁊ magistratu qm̃ consules habebant. xij. lictores qui gestabant fasces virgarũ securibus alligatos. Huius diminutiuũ est Securicula.

Viſcerari veteres dixerūt carnē populo diſtribuere et viſceratio crude carnis diſtributio: q̄ fieri ſolebat vel in ſolēni feſtiuitate: vel in funere alicui⁹ excellētis pſone. Gel. Tū in albano viſceratio latinis data. Liui⁹ lib. viij. Et pl̄o viſceratio data a W. Flauio in funere matris Ser. Viſceratio ē caro a viſcere noīe dicta
Viſceratim aduerbiū ſignificat p viſcera. Ennius. Diſſipat viſceratim mēbra.
Viſo is ad videndū eo. Cice. ad atticū. Cupio equidem z iampridē cupio Alexandriā reliquāq; egyptū viſere. i. ad videndū ire. Terē. in hecy. Non viſam vroꝛē pamphili cū in ꝓximo ſit egra? Illud ꝺo in an. Jd viſo tu ne an illi inſaniāt: exponit Do. ad videndu venio. Aliqñ ponit ꝓ video tantū. Preſertim qñ fugiēs cū eo is: aut venio. Plau. in ru. Huc huc aduenerisſanū venio viſere rē diuinā facturū ſe dixerat. Terē. in hecy. Poſtq̄ accerſiuit ſepius: egra ſimulāt mulierēm fa ilico it viſere: ad eā admiſit nemo. Et in phoꝛ. Vultis ne eam⁹ viſere. In cōpoſitis etiā. Terē. in and. Reuiſo q̄d agant. Redeo inq̄t Do. vt videā q̄d agāt. Et in adel. Vera ego hinc ad hos proniſam q̄ mox virginē accerſant: puiſo inq̄t duas res ſignificat ꝓcedo z video. Plau. i Mene. Proniſaz quā mox vir me⁹ redeat domū. Simil⁹ gñ gra cauſa ſtudio et hmōi iunguntꝰ gerūdiuo. Sal. Multi autē q̄ e caſtris viſendi aut ſpoliādi gra ꝓceſſerant volentes hoſtilia cadauera amicū alū: pars hoſpitē: ps aūt cognatos repiebāt. Terē. in hecy. Me mittas quidē viſendi cā quēq̄. Virg. Undiq; viſendi ſtudio troiana iuuētus Circūfuſa ruit. Et quib⁹ dat intelligi hoc ꝑbū nō eſſe deſideratiū: ſicut multi putāt ſed magis excitatiū. Nam ſi viſendi ꝓ deſiderio videndi in iſtis ſumeret: ſenſus eſſet ineptus: ex gra cauſa ſtudio: q̄ cū ꝓ deſiderio capiant ſuꝑflua fozent. A viſo fiūt compoſita

circuiso. Inuiso: prouiso: reuiso.

Visito tas: frequẽtatiuũ est a viso: a quo fit visitatio: q̃ ppie ad officiũ pertinet. Plau. in cur. Ibi me interrogat in epidauro lyconẽ trapezitam si nouerim: dico me nouisse: q̃d lenonẽ capadocẽ: annuo visitasse hic visitasse ꝑ sepe vidisse capit: sicut in epi. Noscito hãc: nã video: nescio vbi me vidisse prius. Est ne ea: an nõ est: quã animꝰ retur meꝰ. Dij boni visitaui ante hac: certe ea est.

Visus visus: ꝛ visio ipse videdi actus: sicut gustus pro actu gustandi. Virg. Horrẽdũ visu. Ponit interdũ ꝑ eo q̃ videt. Idẽ li. iij. Rite secũdarẽt visus. Visiones etiã phãtasie dicunt. Quintil. Quas phãtasias greci vocãt: nostri visiones appellam⁹ ꝑ quas imagines rerũ q̃sentiũ ita repsentant animo: vt eas cernere oculis ac q̃sentes habere videamur. Preterea visa somnia dicunt ꝛ nocturna siue etiã diurna phantasmata: q̃ etiã vigilãtibꝰ apparẽt. Virg. Hoc visum nulli nõ ipsi effata sorori est.

Visum est faciendũ facere: modus dicẽdi: vt visum est facere: vt te admonerẽ: q̃ est putaui te admonendũ.

Vita a viuo is: ꝛ modo animã significat sine qua nemo viuit. Et hec triplex est. Seminalis q̃ ꝛ vegetatiua dicitur: ꝛ nobis cũ arboribꝰ cõis est. Sensualis. q̃ cum pecoribꝰ. Intellectualis q̃ cũ solis angelis: mõ denotat mores. Cice. lib. ij. ad herẽn. Deinde vita bois ex anteactis spectabit. Mõ alimentũ seu victũ. Terẽ. Eadẽ quippe hõ iã grãdior cui opa vita erat. Modo spacium viuẽdi. Aug. li. v. pfes. Vita hec misera est: mors incerta: si subito surrepat: quõ hic exibimꝰ Mõ fortunã. Terẽ. Nã tua q̃dẽ hercle hec vita certe expetenda atq; optãda est. Variat in plurali. Cice. Serpit per ommũ vitas amicicia. A vita fit euitari: quo vsus est Cice. in tusc. Q.

Vita viuere ꝑm scripturas inquit Ambr. admirabilẽ q̃m dã illã vitã beatãq; significat: ꝛ hũc viuẽdi vsum: spirãdiq; munꝰ cũ beate vite gra veluti cõiunctũ: ꝛ quadã participatione ꝓmixtũ demonstrare videt: hoc est eñ vita viuere: beate vite actus habere in istius corporis vita. Cõtra autẽ morte mori: q̃d aliud nisi cum morte corporis deformitatẽ significat motictis ꝛ Cuius ꝛ caro cõmuni viuẽdi munere defraudet: ꝛ aia vite eterne vsum habere nõ possit. Est ꝛ qui vita moriẽ: vt q̃ viuit corpore sed actu moriẽ suo: q̃les fũt de quibus ꝓpheta ait. Descendãt in infernũ viuẽtes: et illa de q̃ aplꝰ dicit. Q̃m viuẽs mortua est. Morte viuere dicunt martyres: q̃ vtiq; moriunt vt viuãt. Mori tur caro: sed viuit gra mortuo ꝛ.

Vitta p duplex tt. significat ligamentũ capitis.

Vitalis ꝛ hoc vitale: q̃ vitã prestat. Vitalis ꝙ subsltã tiuũ proprã nomen est.

Vitellus a vita dictus est oui pars rubra: q̃ ex eo viuat pullus. Q̃m eñ aial ex albo liquore oui corporatur cibus eiꝰ in luteo: hoc est i vitello. Hora. in ser. Quatenus ima petit voluens aliena vitellus. Var. Candida si croceos circũfluit vnda vitellus. Vitulus ꙩ bos nouus dicitur.

Vitis a vino dicta est: q̃ ferat vinũ. Var. Et vitis eo q̃ inuitet ad vuas ꝓcipiẽdas dicta primo videt. Erat ꝛ vitis gestamen centurionis nõ carnificis: aut lictoris Honorificentior eñ pena que a centurione q̃m que a lictore esset illata. Iuue. Modosam post hec frangebãt ꝟtice vitẽ. Si lẽtus pigra muniret castra dolabra

Vitiariũ vitiũ seminariũ. Col. li. iiij. Vitiariũ neq; ieiuna terra neq; vliginosa faciẽdũ ẽ: succosa tñ ac medio cri potius q̃ pingui: ꝛ paulo supra. Cui vineta facere cordi est ꝓcipue caueat ne aliene portꝰ cure q̃m sue credere velit: neue mercet viui radicẽ: sed genus surculi ꝓbatissimũ domi conserat faciatq; vitiariũ ex q̃ possit agrum vineis vestire. Et vitiarium locus in quo quo sunt vites sicut pomariũ vbi sunt poma. Varro lib. j. de re rus. Ideo in vitiario primitus cũ exit vitis tota resecari solet: vt firmiore sarmẽto e terra exeat: atq; in pariẽdio colibꝰ vires habeat maiores.

Viticula diminutiuũ a vite. Virgi. in diris. Dulci nãq; tumet nondum viticula baccho.

Vitiscere est vitẽ facere. Col. lib. iij. Reliquas gẽmaque in terrã absconduntꝰ: exceptis quattuor imis fac adradas ne in summa radice vitiscat.

Vitigineus a um: q̃ ex vite fit: vt vitigineũ simulachrũ

Vitisator pe. cor. q̃ vites serit. Quo noie dictꝰ est saturnus. Virg. Vitisator curuã seruãs sub imagine falcẽ

Viticulus capreolꝰ vitis. Pli. Frutex folio hedere minus: tñ longis viticulis.

Viter salicis genus: ex quo vasa viminea fiunt.

Vitilia dicũt q̃cũq; sic lẽta sũt: vt cõmode flecti possint a vinciẽdo dicta: vt viter: vitis: vimina viticule Pli. lib. xix. Cucurbita oĩmodo fastigiat vaginis maxime vitilibus. Idẽ. Non multũ a salice vitiliũ vsu distat.

Vitula dea q̃ leticie ẽsse putabat a Ro. Et vitula vacca viridioris etatis. Virg. Ego hãc vitulã ne forte recuses Bis venit ad mulctrã. ꝛc. depono.

Vitulus a vitulãdo. i. lasciuiẽdo: qui nõ modo de bobꝰ genitus sed etiã ex alijs quadrupedibus maioribus. Pli. de elephãtis. Atq; ita salutato sydere in syluas reuertunt vituloꝛ fatigatos ꝓ se ferentes. Vir. ad equos transtulit. Iã vitulos hortare viãq; insiste domãdi. Quinetiã ex piscibꝰ. Pli. de balenis. Irrũpũt orce in secreta ꝛ vitulos earũ ac fętus lacerãt morsu Vitulꝰ etiã nomẽ piscis est: siue portꝰ maris belua corio ꝛ pilis tecta. Que ꝛ phocas vocat. Parit in terra pecudũ more: vituli aũt nomẽ accepit: q̃ illi in sõno mugitus sit: nullũq; aial (teste Pli.) grauiore ꝓmit sõno

Vitiligo totius corporis vitiũ est: nã vitiliginẽ faciũt diuersi colores macule p oia membra dispersę. Dicta vitiligo vl a vitio vel a vitulo. ꝓpter eiꝰ membrane cãdorẽ: qua nascit inuolutꝰ. Et hãc maculã greci alphon: vñ nos albũ dicimus apellãt: vt inq̃t Festus allegãs Lucil. Hec odiosa mihi vitiligo est: vñ dolet inquit. Sed Cel. vitiliginẽ dicit esse herbã q̃ alphos dicit: qs alba cũ ꝛ alia quoq; sit gurtis dispersa: q̃ melas a colore nigro dicit: vtraq; tñ serpit. Ob hanc igit̃ similitudinẽ vitiliginẽ magis dicta puto. Non eñ hec herba siue virgultũ: vt ait Festus a vitulo vl a vitio: sed a vite nuncupat: cuius natura est vt sine adminiculo stare nõ possit. de morbo sic meminit. Apul. in magia Cũ caro in humore crassum ꝛ spumidũ inimico igni colli q̃ facit ꝛ spũ in idẽ parto ex cãdore cõpressi aeris albida ꝛ humida tabes fluit. Tetra nãq; tabes si foras e portis ꝑspirauit maiore dedecore q̃m nota diffidit pectoris ꝓmore cute vitiligine insignit ꝛ oibꝰ maculatiõibus cõuariat. Pli. lib. xx. Ferũt eos q̃ quotidie edũt capparim paralysi nõ prehendi: nec lienis doloribus: radix eiꝰ vitilagines albas tollit. Martianꝰ lib. iij. linguę vitiliginẽ dedit p quãdã similitudinẽ cũ inquit. Scabros dẽtes vitiliginẽq; linguarũ: quas in sola equidẽ ciuitate cõtraxerat.

Vitiligo as: pe. cor. obstrigilo/carpo/crimior/mordeo. vñ vitiligatores dicti sunt obtrectatores ex vitijs: ee litigatoribꝰ cõposita dictio. Pli. in prolo. Scio ego que scripta sunt: hec si palam proferantur/multos fore qui vitiligent.

Vitulari veteres vsurparũt ꝓ voce letari. Et vitulãtes dicũt letãtes ꝛ vitulatio leticia: q̃m eã verã vitã putabãt q̃ in fũma leticia ac trãquillitate degeret. Vine viuere sepenumero ponit pro letã vitã agere.

Vito as: caueo: cuius cõposita sũt deuito: euito: pfecte vito. Lactã. Sic hominẽ penitẽtẽ cautũ ac diligentẽ facit ad euitanda peccata in que semel fraude decidit: ꝛ habent penultimã correptã.

Vitabūdus idem qđ vitās. Sal. Marius vitabundus classem hostiū ad oppidum quenit.

Vitium ,ppie dicit qđ virtuti opponit: a vito: q vitari dū fit ac fugiēdū. Sen. Si qđ vitiū cōmisit. Aliqñ ōr error. Pli. Libriū vitiis plenū. Aliqñ morbus: q̄uis ab inuicē separent: q morbus sit habit⁹ quidā cōtra naturā q̄ vsum rei facit deteriorem: vt febris: insanis. Vitiū ño ꝓpriū corporis impedimentum: vt cecitas/claudicatio/vecordia. Et nō solū in hoie/sed ī alijs q̄z reb⁹ dicit. Cice. pro. Si nihil est in parietib⁹ aut tecto vitij, cetera mihi ,phabunt. Pōt tñ q̄ morbosus est etiā vitiosus dici: sed nō cōtrario. Equ⁹ morbat: z calcitrosus vitiosus nō morbosus est. Claudus ño aliquo actu factus z morbosus z vitiosus dici pōt.

Vitio dare est culpare: vituperare. Terē. in And. Nunc quā rem vitio dent queso animaduertite. Et paulo post id isti vituperāt factum.

Vitiositas (vt Cice. li. iiij. tus. inquit) est habitus aut affectio in tota vita inconstans.

Vitiosū magistratus dicūtur vitio creati, vñ apud Liuiū legim⁹ expugnatū esse: vt vitiosus dictator p augures fieret. Cice. in phil. vitiosum cōsulē appellat. hoc est vitio creatū ex augurū disciplina. Q̄n em̄ comitia Rome habebant cā magistratuū creandoz solebāt augures de celo seruare: si aut fulmen vidissent aut tonitrua audiuissent. Qua re p augures nūciata illi magistratus vitio creati esse dicebant: z ita se abdicare cogebantur.

Vitio as: corrūpo/destruo. Lactā. lib. vij. Aer vitiabit ac corruptus z pestilēs fiet. Plau. in prolo. Bul. Et⁹ filiā lyconides vitiarat. Nam vitiatā virginē dicim⁹ cū pudicitiā amisit: z vitiare ē fedare. Apul. Utroq̄ oculo vitiat⁹. Hinc corpe vitiatos dicim⁹ q̄ ceci vel manci/vel claudi nati/factive sunt. Hinc vitiatio violatio: corruptio/vitiositas ño vitiū dicit.

Vitupero as: vitio aliquid do: q̄si vitiū paro. Terē. Id isti vituperāt factū. Hinc vituratio: q̄ fit cū verbo venio vel similib⁹ iungat: passiue accipit. Cice. Ut ,pt eū in sermonē holim: atq̄ in tātā vituperationē veniret

Vituperium idem qđ vituperatio. Cice. Vel etiā a vitio dictum vituperium.

Vituperones qui z vituperatores.

Vitrū materia translucida: q̄ ex arena z cinere fieri dicit

Viuo is xi ctū: quasi vim z vigorem habeo: qđ licet absolutū sit: dicimus-tñ qñq̄ viuo felicē vitā. Interdū viuere est letā vitā agere. Huius verbi cōposita sunt cōuiuo: vnde z cōuiuiū: puiuo, qđ est vsq̄ ad finē viuo Plau. in cap. Etiam si puiuo vsq̄ ad summā gratē tñ breue spaciū est: pferundi q̄ minitas. Reuiuo. a q̄ reuiuisco rursus viuus, fio. Supuiuo. Hiero. in exod. Si vno die vel duob⁹ supuixerit nō subiacebit pene. Mul⁹ ꝑbi frequētatiuū est victo as: a q̄ fit victito as.

Viuere in diem dicunt qui quotidie parāt noua cibaria nihil reseruātes: nec recōdito vtunt: hodie appetentes hoc: cras illud: quoz varia est vita z victus. Cice. li. v. tus. Mos indies viuim⁹. Col. li. iij. Nec ,puidet futuro tēpori: sed q̄si plane in die viuant sic imperāt vitibus z eas ita multis palmitib⁹ onerāt: vt posteri tati non consulant.

Viuus a um: qđ vitā habet: quādoq̄ ponit ,p naturali. Virg. li. ij. Geor. Et viua sua plantaria terra. Q̄ñq̄ ,p eo qđ vim aliquā habet: vnde viuū lapidē dicim⁹ ignitū: q vim habeat emittēdi ignē. Q̄ñq̄ ,p valido ac vehemēti. Virg. Paulatim abolere sicheū: Incipit z crēcat viuo ꝑuertere amore. Hinc semiuiuū: qđ mō signifícat semimortuū nanō debile ac vigore exigui

Viuax validū: vigorosum: diu viuēs: z qđ absumi non pōt. Hinc viuatior viuacissimus: viuacitas que est vigor ac robur: z viuacia ę.

Viuidus a um: quasi viuus. Prop. Quattuor artificis viuida signa boues: q̄si spirantia atq̄ viuantia. Als integrū. Plau. in ru. Nō vides me referre vuidū rete sine squāmoso pecu. Legit z vuidum.

Viuariū locus in quo vel aues: vel pisces: vel fere continent: que ad victū dūtaxat ptinent. Pli. Ostrearum viuaria primus Sergius orata in Baiano inuenit. Idem lepozariū dicit et roborariū. Proprie tñ pisces vbi pisces cōtinent: sicut apiaria loca in q̄b⁹ aluei apū tenent: que mellissona z mellaria noiant.

Viuiradix vitis que cū radice serit: quasi viuā radicem habēs: ad differentiā maleoli: z talearū. Pli. In arido solo viuiradix quoq̄ frustra seritur. Col. Sationis autē duo sunt genera maleoli vel viuiradicis.

Viuerra animal paruū quidē sed magni vigoris. Mustella rustica dicit: vt ait Strabo aphrica imporrata illis vtunt adolescentes ad extrahēdas de parietuz nidis auiculas. Gręce dicunt γαλη. Aristoteles lib. ix. de aialib⁹. In ,pdoselena via interiacet: cui⁹ vltra alterū latus gignit gale: circa alterū gigni nō potest. Pli. In ,pdoselena insula viā mustelle nō transeunt. Et aliud mustellarū syluestriū gen⁹: q̄ lōge domestic⁹ maiores sūt: a greci Ictides vocāt. Aristo. Ictis syluestris mustelle genus est magnitudine melitēsis catelli: sed pilo facie albedine partis inferioris z mozū astutia mustelle simile est: mansuescit maiorē imodū officit aluearibus. Genitale eius osseū est. Sed sylue striū quoq̄ mustellarū duo genera sunt: alterū sub vētre russescit: martē appellāt. Var. Venatoz marte supbus adest. Alterū cādidius z viuerra vocāt Pli. Magna ,pter venatū eoz viuerris gra est: immittūt eas in specus qui sunt multiformes in terra. vñ z nomen aiali. s. cunicul⁹. Utrūq̄ genus greci γαλας αγριας nostri syluestres mustellas nuncupāt.

Vix aduerbiū significat cum vi ac difficultate: z labore. Virg. li. ij. Geor. Vix humiles apibus casias roremq̄ ministrat. Terē. Vix retraxi filium ab amore ancille. Aliqñ ad tēpus. Virg. Vix e cōspectu sicule telluris in altū: Vela dabāt leti. i. statim. Idē. Et quos sidonia vix vrbe reuelli: id est nuper. Aliqñ ponit ,p non. Luc. Carcer vix carcere dign⁹. Ouid. Vix Priamus tanti totaq̄ Troia fuit.

Vixtandem significat post multū tēporis. Cice. Appio pul. Vix tandem legi litteras dignas Appio Virgi. Vix tandē Ithaci magnis clamoribus actus Compositio rupit vocem.

V Ante L

Vlcus est tecta z clausa malignitas. Est enim sanies cōcreta intra cutē latitās: q̄ vt ,ppere abrupta cute erūpat emplastris supne alligatis solet cōfoueri. Virg. lib. iij. geor. Q̄ si quis ferro potuit rescindere summā Ulceris os: aliē vitiū viuitq̄ tegēdo. Vulnus vero est hyans patensq̄ aptura corporis ictu facta: vlcera capitis manātia sunt: q̄ greci αχωρας vocāt imperitū vulg⁹ termā. Quidā hoc nomen aspirādū putāt qñ a greco originem trahat. Illi em̄ ελκος dicos

Vlcero as: pe. cor. dilanio: z quasi vlcus facio (dicūt. Hinc exulcero vlcus dilanio. Col. lib. viij. Fere autē p estatē sic muscis aures canū exulcerāt sepe vt amittāt p translationē significat exaspero/exacerbo. Cice. Ita mihi animū exulcerauit.

Vlciscor eris: vltus vindico z iniuriā nō ipunitā relinq̄

Vlex fruter rozis marini similis aspa aurū retinens.

Vligo pe. pro. terrę humor: et ea nunq̄ recedēs: vñ vliginosus ager qui semp est humidus. Humidus qui aliqñ siccat. Var. Solū oportet esse eruderatū z ꝑuiū: vt euerri facile possit ac fieri purū. Non em̄ solum ea vligo lanam corrūpit ouiū: sed etiā vngulas scabras fieri cogit.

Vllus aliquis quasi vnus aliquis: qđ nomē nunq̄ affir-

gratiue ponit. Necꝙ eñ dicimus vllus ꝺ̄ currit: sicut aliquis ꝺ̄ currit: sed ponit vel negatiue vt nō est vllus qui currat: vel iterrogatiue: vt ē ne vllus q̄ currat: vel subiūctiue: vt si vll⁹ me vocauit: statim veniā Ab vllus fit cōpositū nullus.

Vlna cubitus seu brachiū ꝯtum vtriuslꝫ manus extensio. Ulna inquit Ser. in buc. ppie est spatiū inꝯtū vtraꝫ extendit manus. Dicta vlna απο τῶν ωλενων. i. brachijs. licet Sue. vnū cubitū velit esse tātū.

Vlpicū pe. cor. greci appellauere genus allij (modo. grādi⁹ inter pulmētaria ruris auctores. Pli. ⁊ Col. Quidā vlpicū vocāt alliū punicū. Græci aūt σφροσκοδον appellāt: lōge maioris vis ꝙ alliū. Plau. in pe. Tu autē plenior allij vlpici ꝙ romani remiges. Colu. Luna infra terrā sit qñ allium vel vlpicū serimus vel in tabulatū reponim⁹. Sic eñ neꝙ acerrimi saporis existere neꝙ mādētiū halit⁹ inodorare existi.

Vltra ꝓpositio est cū actō deseruit ⁊ nō nisi (mantur. separata inuenit. Luius elegantiam ostendit Sal. in Jug. Mauricꝫ vanū genus: vt alij aphryce contendebāt antipodas vltra ꝛthiopiā cultu plārū ⁊ iustos ⁊ egregios agere. Aduerbiū est cū sine casu ponit: vt assidue lego nihil vltra faciēs. Et tūc ex se facit vlterior ⁊ vltimus. Fit autē vltra ab vls: quo veteres vtebantur: sicut circa a cis.

Vltra famā. i. opinionē significat pḡmultū: sicut intra famā qō est huic contrariū. Quintil. Hortensij scripta tñ intra famam sunt.

Vltimus pe. cor. ab vltra idē est qō postremus. Aliqñ etiā ōr. prim⁹. Virg. li. viij. Tu sanguinis vltim⁹ auctor. Dicit⁹ vltim⁹ q̄ vltra oīa sit: siue ante respicias:

Vltro ab vltra fit ⁊ significat vltra siue in- (siue retro. sup. Virg. Et miserescim⁹ vltro. i. vltra id qō rogauit ꝓstitim⁹. Interdū significat sine requisitiōe: vt vltro ad te veni. i. nō req̄situs: sed spōte veni. Interdū prāue ac puerse: seu vsa vice: aut prior. Terē. i adel. Misi me illo credidisti esse hoim nūero: q̄ ita sibi putant fieri iniuriā vltra si quam facere ipsi expostulāt ⁊ vltra accusant.

Vltrocitroꝫ significat id qō vulgo ōr. huc ⁊ illuc: ⁊ tam in factis ꝙ in dictis ōr. Quintil. Juuenis sicut soler vltrocitroꝫ cōmeare. Cice. Multisꝫ ꝓbis vltrocitroꝫ habitis ille nobis ꝓsumpt⁹ est dies. Quidaꝫ in hac significatione vtuntur sursum ⁊ deorsum. Terē. Ser. ego te totos Parmeno hos mēses quietū reddā ne sursuꝫ deorsum ve cursites. Tractū ab athenis cui⁹ port⁹ in imo: vbs ꝺo in editiore loco sita est.

Vltroneus a um. idē qō spontaneus. Hiero. in Exod. Ab hoie qui offert vltroneus accipietis eas.

Vlubre ciuitas in Italia. Hora. Est vlubris animus si. te non deficit equus.

Vlula pe. cor. auis a fletu denomiata: hoc est απὸ τοῦ ὀλολίζειν qō est vlulare ⁊ flere. Virg. Certent et

Vlysses fuit filius laerte regis ithaces (cygnis vlule. vñ ⁊ laerti⁹ cognoīat⁹ est ⁊ Ithacus ab ithaca insula in q̄ regnauit. Et Vulichius ab insula vulichia: q̄ in illius regno habebat. Similr ⁊ naritius a naritio. Et est qñq̄ scde declinationis sicut ⁊ achilles. Virgi. Et terrā altricē seui exercamur vlysſi.

Vlysbona ciuitas in hiſpania ab vlysse cōdita. Sunt eñ q̄ precipiant et vlyrem et vlyrbonā scribi per ɼ. sed tales greꝙas litteras ignorant.

V Ante Ø

Vmbo media pars clypei eminētior: licet qñq̄ ꝓ toto clypeo ponat. Liui⁹. Ballū vmbone ictū deturbat. Sta. Jā clypeus clypeis vmbone repellit vmbo Ci

Vmbilicus pe. pro. ōr. q̄cq̄d in aliq̄ re (uilibus bellis. est mediū. vñ de libro ā vmbilicū dici ostēdit. Catul. Relata carthę regie. ix. libri nonj vmbilici loza rubra mēbrane. et Pli. vmbilicū italię circa lacū reatinū dixit Suidas noster. ομφαλητομια οἷς τοῦ ομφαλου τοῦ βρεφους αἱμαιαι απο γεμρισσι καὶ αὗται δε ομφαλητομοι λεγονται καὶ ομφαλιον ο ομφαλοσ της ασπιδοσ. Et in hac significatione accipit: qz illuc tanq̄ ad centrū libri ⁊ mēbra cōueniūt. Itē vmbilic⁹ dicit ligamentū intestinoꝝ q̄ media fere vētris planicie obtinet: a cui⁹ similitudine paru⁹ circul⁹ in terra descript⁹ ad cognoscendos vētos vmbilic⁹ ōr. Pli. Per hui⁹ mediū lōgitudinē duci sarculo sulcū vel cinere lineā mediaꝫ circūscribi circulo paruo q̄ vocat vmbilicus. Itē parui ac rotūdi politiꝫ lapilli eadē rōne vmbilici dicūt. Cice. Tūc quo excellētissimi viri repurascere maxime videbant cū ex vrbe tanq̄ e vinculis ambulassent ⁊ ad cietā laurentūꝫ conchas et vmbilicos legere consueuissent. Itē vmbilici oīa mēta ⁊ veluti clauiculi q̄daꝫ quib⁹ libri oīant ⁊ gēme ligant. Var. Quid prodest mihi tā macer libellus: Mullo crassior vt sit vmbilico. Pli. Et alios cōuenit nō oportere ꝓfari q̄ sit absoluta bonitas vmbilicis statim ex auro capita cōprehēdētib⁹. Et poete frequēter vsi sunt cū exactū opus significarēt: vt ad vmbilicos se venisse dicerēt. Hora. in epo. Promissuꝫ carmē iābos ad vmbilicū adducerē: qō exponit Porphirio ad vmbilicū adducere: ꝓ finire ⁊ cōsumare op⁹ posuit. Hora. Quia in fine libri ex ligno aut osse vmbilici solēt poni. In quē sensum ⁊ Var. finē tertij clausit. Ohe iā satis ohe libelle: iā puenimus vsq̄ ad vmbilicū. Tu ꝓcedere ad huc et ire q̄ris. Hic vmbilicatū dicim⁹ qō vmbilicos habet: vel qō ad vmbilici similitudinē factū est. Hui⁹ diminutiuū est vmbilicul⁹: quo nōie etiā dictū est genus ostrei marini: ꝙ i vmbiliculi modū suauiē coeat.

Vmbilicatim significat ꝙ vmbilicos.

Vmbra aer carēs sole: qō fit alicui⁹ corporis obiectu p̄sertim nubiū. Hiero. Umbra fit ex lumine et corpore Quidā απο τοῦ ὀμβρου: qō est imber vmbram appellatā existimāt ꝙ oēs vmbre humide sint. Umbre etiā dicunt q̄s faciūt pictores: vt imagines q̄ plane sunt solide videant: qō dicūt adumbrare. Umbre etiā dicunt inferoꝝ imagines Virg. Umbrarum hic loc⁹ somni noctisꝫ sopore. Corpa viua nefas stygia

Vmbella diminu. ab vmbra: ⁊ vm- (veccare carina. bella q̄ ponebat in theatris ad arcendum solem.

Vmbraculū locus in quo est vmbra. Var. li. j. de re rus. Prope aream faciūda vmbracula quo secedant hoies in estu tpe meridiano. Et apud Esaiā. Derelinqt filia syon vt vmbraculū in vinea: ⁊ sicut tuguriū in cucu.

Vmbro as: tegēdo vmbrā facio. Lui⁹ cōpo- (merario. sita magis sunt in vsu: scilicet adumbro: inumbro: obumbro. Col. li. v. Duz incremēto suo vites inumbrēt Et in euāge. Et virtus altissimi obūbrabit tibi. Aug. Adumbrato mysterio belyas loquit. Aliqñ ponit ꝓ defendo tractū ab arboribus.

Vmbro nomen fluuij insubrie nauigabilis q̄ ⁊ lamber a Plinio dicitur.

Vmbraticus a um: qō ē ex vmbra seu ad similitudinē vmbre. Aug. li. ij. cō. Nō saltē vt est q̄dā defectura spēs ⁊ vmbratica vitijs fallētib⁹. Umbraticus hō dicit⁹ est a Plau. trapezita q̄ in vmbra sub tecto vitā agit ociosaꝫ. Artes āꝫ ⁊ negocia vmbratica noīant i q̄b⁹ ꝓ desidiā in vmbra elanguescimus.

Vmbratile penultima correpta qō vmbratum est: vt vita vmbratilis: que vmbra atq̄ opaco marcescit: seu in vmbra et ocio domestico degitur. Studiosi vitam vmbratilem colūt: quos libri docent in vmbra ⁊ ocio vt inquit Cice. ꝓ Cor. Bal. Item pro Murena. Cedat inquit stilus gladio: vmbra soli. Res etiam vmbratiles dicunt que fiunt per inuolucra ⁊ inanitatem qualis vmbra est.

Vmbria regio Italie: quā Pli. in sexta regiōe collocat ἀπο τοῦ ὄμβρου. hoc est ab imbre: q̄ vmbri a gręcis quasi vmbrij dicantur: ⁊ omniū italię populoꝝ antiquissimi inundatione terraꝝ imbribus supfusse credant. Vel dicta est vmbria ab vmbra: q̄ ea regio propter altitudinē montiū ⁊ vicinitatē apēnini vmbrosa sit. Luc. li. ij. Iuscꝫ sui pulso tā perdidit vmbria thermo. Incipit vmbria ab apennino et vltra ac vsq̄ ad sinū adriaticū extendit̄ multis preclara vetustissimis oppidis. Sed in primis Sentino ⁊ fano fortunę. In ea etiā sunt spoletū: a quo nūc ea regio ducatus spoletanus dicit̄. Nursia: Reate Ameria: Tiphernū. Fulgineū: Nuceria: Assisia: Tudertū: Narnia: Trecenta vmbroꝝ oppida Tusci debellasse reptiunt.

V Ante N

Vna aduerbiū acuitur in fine ad differentiā ablatiui nominis vnus ⁊ significat simul. Aliq̄n etiā in oratione ponit̄ p gemiata: ⁊ habet q̄si eandē vim quā habz tū ⁊ cum. Lice. Una ⁊ id q̄ facio, pbauit: vna ⁊ in hac causa, pfecto neminē pponendū mihi esse existimabit

Vncus fustis ab imo latere incuruus ac sese retorquēs: quo instrumēto puniebant dānati. Iuue. Impactus scianus ducit̄ vnco. huius diminutiū est vncinus.

Vncus a um: incuruus: cuius cōpositā sunt aduncus ⁊ reducus: q̄ duo Pli. li. r. cōplexus est dicēs. Et acuta volucribus rostra eadē rapto viuētibus aduncа collecta: recta: herbas ruētibus: limūcꝫ reduncа vt suus generi. Hinc fiūt adunco as: ⁊ inunco. Aug. in expo. pō. Pars nostri eius superior: que supra partem inferiorem aduncatur.

Vncinatus vncinis armat⁹. Lice. Nec vt ale asperis: ⁊ lenib⁹ armatis vncinatisq̄ cōplusculū pcreta esse dicat

Vncia dicta est q̄ vna sit ex duodecim partib⁹ assis: A quo semiuncia: due sextule: tertia pars vncie. i. scrupuli octo: sicilic⁹ scrupuli sex: sextula scrupuli q̄tuor. Est etiā vncia mēsurę genus exigue vī ⁊ diminutiū vnciola. Iuuena. Unciolā, pculeius habet: sed gillo deuncem: partes quisq̄ suas ad mensuram inguinis heret. Uñ q̄ncunc̄ vocamus vasculū quinq̄ vnciaꝝ capax. Var. Quincunces puto post decem pactas. De alijs assis partibns vide in dictione as.

Vnciariū ab vncia deriuat̄: a quo semūciariū. Liui. lib. vij. Semūciariū tantū ex vnciario factū genus ⁊ i pēsiones equas triennij.

Vnda, ppie pars aque in se collecta ⁊ in vnā partē tendens: dicta q̄ sit vna ⁊ in se coacta. Aliq̄n ponit̄ pro aqua: vt pars, p toto. Ouidius. Et terris miscuit vndas. Huius diminutiū est vndula.

Vndosum mare dicitur fluctuosum.

Vndisonus a um: pe. co. q̄ vndis strepit: vñ mare vndisonū dicit̄ q̄ fluctuādo sonitū reddat.

Vndiuomus a um: pe. co. q̄ vndas. i. aquas vomit. Unda em̄ quādoq̄, p aqua ponitur.

Vndatim aduerbium significat fluctuatim vel ad vndarum similitudinem.

Vndo as: fluctuo: vndas facio: a quo fiūt cōposita abūdo: exundo: inundo: ⁊ redūdo: de quibus supra in dictione abūdo dictum est.

Vndabūdū mare apud Gellū dī abūde vndas faciēs.

Vndulata vestis que fit ex hyroꝝ ⁊ caprarū pilis potius q̄ lanis q̄ ad vndarū similitudinē picta sit. Mā ⁊ cymatilis vestis a fluctu vt apud Plau. ⁊ Ouidiū Dicebant̄ ꝺo ⁊ vndones quidā cilicū fortecꝫ ab vndis q̄les mō in his textis videmus q̄ tanq̄ ἀπο τοῦ συμβαλλειν συμβαλλωσι. Dēs appellam⁹ ceu ozigine ab illo vestiū genere accepta: de q̄b⁹ Pli. ita scribit. Laue ⁊ pse coacte vestē faciunt. Erit ergo symballoton: q̄si συμβλητον. hoc est coacti ipleu potius q̄ textu cōditū. De vndone. Piero. quoq̄ meminit. Var. de vi. pa. A q̄busdā dicit̄ esse fortunę ꝺginis ab eo q̄ duab⁹ vndulatis togis est opertum: vnde vt reges nr̄i ⁊ vndulatas ꝓtextas togas soliti sint habere. Moni⁹. Var. in q̄t vndulatū noue, p puro posuit: ita sit: vt vndulata vestis aliud gen⁹ sit fortasse q̄ cymatilis a fluctu dicta.

Vnde aduerbiū: q̄si de quo vno loco: vt vnde venis. Interdū significat a quo. Virg. Genus vñ latinū. Interdū ponit̄, p ad q̄d. Terē. in heau. Uñ petit̄ aurū. vñ mihi lapidē: q̄rsum est or⁹ vñ sagittas? Inq̄t Hora. Hic venuste deest putas vel dicas mihi esse. Quint. Uñ hunc illi animū: ⁊ alibi. Uñ tantū virū ceco?

Vndeuis ⁊ vndelibet: significāt ex vno quouis loco: sic

Vndeuiginti vno dēpto de viginti q̄ est (vndecēq̄. decē ⁊ nouē: a quo vndeuigesimus. Sic vndetrigita vndetrigesimus: vndecēteſimus: vndemilleſimus.

Vngo is pi ctū: ⁊ vnguo is gui ctū ꝑm Prisca. q̄si vnuz ago. Ungēdo em̄ copulat̄ atq̄ vnit̄ caro: a quo fiunt composita inungo ⁊ perungo.

Vngentū q̄ ⁊ vnguentū dicit̄ nō est illa tenaꝝ cōpositio q̄ chirurgi vtunt̄ ad vulnera curāda: sed cōmixtio diuersoꝝ odoꝝ addito oleo aut balsamo ad vngēda corpora deliciaꝝ ⁊ luxurie cā inuēta. Uñ in canticis. Odor vnguētoꝝ tuoꝝ sup oia aromata. Plau. Non possunt oēs olere vnguēta exotica Pōpo. tū Iurisco sul. scribit vnguēta esse q̄ voluptatis ⁊ valitudinis cā cōparant̄. Sed hęc magis medicamēta dicunt̄. Seruait hoc nomen vnguentū nō recipe u. sicut nec vngo vnguen vero u. habere.

Vnguē idē q̄ vnguētū: ⁊ accipit̄, p omni eo q̄ succum habet: ex q̄ aliq̄d vngui pōt. Pli. Epiphoras bubulo seuo cū oleo cocto allinūt. Ceruini corn⁹ cinis scabricies eodē vnguīe sanat. Sūt q̄ dicāt vnguē ab vncto deduci: ⁊ esse vnctū pingue in suis dorso siue axungiā vel seuū. Palla. Sumes tātundē vnguinis: q̄ vocamus axūgiā vel seuū. Persius. Fgnisece crasso vitia/

Vnguētarius q̄ vnguēta ꝓficit ac (rūt vnguīe pultes. vēdit: q̄ a gręcis myropola dicit̄. Piero. i exo. Facies vnguentū cōpositū ope vnguētarij.

Vnctū significat illud pingue q̄ in porci dorso mollis est. Col. lib. vij. Frigoris fomēta adhibent̄ capite et spina tepēti adipe vel vncto linunt̄. Persius adiecti ue posuit: vncta vlrisse patella semp.

Vnguis mal. generis ab vnguo is: q̄ politus ⁊ trāsluc̄ dus sit: ⁊ quasi vnctus: ⁊ est, ppie eoꝝ aialiū: q̄ digitos habēt sepatos vt sūt boies simię: aues. Pli. Ungues simię imbricati sunt hoib⁹ lati: rapacib⁹ vnci ceteri recti: vt canib⁹ ꝓter eū q̄ a crure pleriscꝫ dependet Idē de aquila. Ungues quoq̄ huic generi inuertūt.

Vnguis morbus est oculorum: quem greci pterygium vocant. de quo supra.

Vngula ab vnguis denoiatiū est/non diminutiuum: cuius forma diminutiua habeat: ⁊ dī de his q̄ digitis carēt. Pli. In quadrupedibus solidas habēt vngulas: q̄ nō sunt cornigera. Idē. Oia digitos habēt que pedes excepto elephāto. Huic em̄ infames numero quidē quinq̄: sed indiuisi ac leniter discreti: vngulisq̄ nō vnguibus similes. Quid. quoq̄ idem fecit: dū Io descripsit e bouis effigie in primā formā redeuntem: Ungulaq̄ i quinos delapsa abſumit̄ vnguis. Oib⁹ vngulis, puerbiale est q̄ significat oibus virib⁹: manuūcꝫ pedūcꝫ ⁊ conatu tot⁹ corporis vt etiā vngues qui sunt in extremitate collocati intendant: q̄s Pli. existimat esse summas neruoꝝ clausulas. Lice. lib. ij. tusc. Toto corpore atq̄ oibus vngulis: vt dicit̄ contentioni vocis asseruiunt.

Vnguicula dimi. ē: ⁊ de his tm̄ dī q̄ vngues būt. Uñ a teneris vnguiculis dicimus: p eo q̄ est ab infātia: ab ineūte etate: a pueris ab incunabulis. Cice. Tullo. Sed ꝓsita reipm̄ q̄ mihi a teneris vnguiculis cognit⁹

Vngulanos Cato vocauit: q magnos vngues habẽt ac scabros q̃si vngulis similiores q̃ vnguibus.
Vngulum annulꝰ significat: qđ ideo quidã appellatuꝫ putant: q sicut in digito vnguis carne: ita in illo gemma vel signum aliquod auro clauditur.
Vngulata vestis ab vngulis: hoc est annulis. Vngulũ em̃ oscoꝝ lingua (vt ait Festus) priscoꝝ vocabat: vel etiam dici potest ab vnguibus.
Vnus numeri principiũ est. Quitꝺ. Vnus erat toto nature vultus i orbe: Quẽ dicere chaos. Aliq̃ dicit solus. Plaurꝰ. Vnus tũ domi erã z foꝛes erãt clauſe. In qua significatione q̃ꝫ gtõ iungit. Pli. Accipẽſer vnus oim squãmis ad os verſis cõtra aquã natãdo meat. Aliq̃ accipit p primo. Virgi. Cadit z ripheus iuſtiſſimus vnus: Qui fuit in teucris. Sciẽdũ auctoꝛe Hiero. ad Damaſũ. q vnus eſt numeri: cum dicim⁹ vnus hõ: vnus equus. Vbi autẽ alius vel tertius nõ põt iungi: vnus ſi dicat: non numeri: ſed vniuerſitatis eſt nomẽ: vt ſi dicam⁹ vnũ ſolem: hic vnus ita dicit: vt alius vel terti⁹ addi non poſſit. Vnus eſt em̃ ſol multo magis de⁹ cũ vnus dicit nõ numeri: ſed vniuerſitatis vocabulo nuncupat. i. qui ꝓpterea vn⁹ dicitur: q alius nõ ſit.
Vnus z alter ſignificat duos: ſicut alter z terti⁹ Tacit⁹ Sed z alter z terti⁹ dies ꝓtatione coeternũ abſumit
Vnicus ſingularis vt phenix eſt vnica auis. hinc fit aduerbiũ vnice ſingulariter: vt dileri te vnice.
Vnuſquiſpia: aliquiſunus; vnuſquiſq̃ dictio vniuerſalis. Vnuſq̃libet z vnuſquiſ idẽ ſignificãt qđ quilibet omni loco: ex omni parte: ex omni regione.
Vnanimis z vnanimus vtroq̃ mõ dicit p eo q vni⁹ animi ẽ: z vni⁹ ſentẽtie cũ altero: vñ z vnanimẽ ꝓſensum dicimus cũ amicoꝝ ꝓcordia eſt: hinc vnanimitas.
Vnicaulis herba q̃ vnũ caulẽ habꝫ: nec i ramos ſpargit
Vnicolor penultima correpta vnius coloris.
Vnicornis generis maſculini ſiue Vnicorni⁹ z vnicorniũ declinari põt p aiali qđ vnicũ in fronte cornu longũ gerit: qđ ad ſaxa limat: z cũ ipſo pforat elephantẽ Grece monoceros dicit. Hoc aial vt Albertus inãt eſt moderate quantitatis: burei coloris: z ſiſſe in duo vngule pedis: in deſertis habitans.
Vnicuba penul. cor. mulier q̃ cũ vno tm̃ viro concũbit. Hiero. Negãt anteq̃ religio nr̃a fulgeret in mundo vnicubas ſemp habuiſſe inter matronas decus.
Vnigenitus filius q̃ vnicus eſt: quaſi ſolus genitus nec fratrem vllum habuit aut ſororem.
Vniocolus q̃ z monocul⁹: q vnũ tãtũ hꝫ oculũ. Plau. Vniocole ſalue. Greci monophthalmon dicũt.
Vniuira pe. cor. q vnũ dũtaxat virũ coniugem habuit. Hiero. Vniuira anna inducit ſempq̃ ieiunãs.
Vniuerſus quaſi ois ad vnũ verſus. i. ſine aliqua exceptione: z in ſingulari quidẽ idẽ eſt qđ totus: vt vniuerſus ager: vniuerſus exercit⁹. In plurali ſignificat oẽs coniunctim Nam ſi dicimus ſibi omnes domicilium conſtituerũt: intelligitur domiciliũ ſibi vnũquẽq̃ cõſtituiſſe. Si ꝺo dicimus vniuerſi ſibi domiciliũ ꝓſtituerũt: ſignificat: oẽs ſimul vnũ ſibi p oib⁹ domiciliũ feciſſe. Hinc fit inuniuerſum: qđ ſignificat vniuerſaliter.
Vniuerſale qđ ad vniuerſos ptinet: vniuerſalitas genet
Vniuocũ pe. cor. cuius z nomẽ cõmune eſt: (ralitas. z eadẽ ſubſtãtie ratio: qđ grece ſynonimũ dicit: ſicut equiuocũ cui⁹ nomẽ tm̃ cõmune eſt: ſed ſubſtantie diuerſa rõ: z a grecis homonymon appellat: hõ z equiuoca ſunt: qz ſub vno aialis noie cõprehẽdunt: et eadẽ eſt vtriuſq̃ ſubſtãtia: hõ verus z hõ pictus eq̃uoca ſunt: qz de vtroq̃ aial q̃dicat: ſed ſubſtãtia eoꝝ diuerſa eſt. Grãmatici dicũt homonyma eſſe: q̃ voce ſed nõ ſignificatiõe cõueniũt: vt nepos et filiꝰ filij vel luxuriosus. Synonyma q̃ nõ voce: ſed ſignificatione cõueniũt: vt enſis z gladi⁹. Hic vniuoco as: penultima correpta z vniuoce.
Vnedo fructus arboris ſimilis terreſtribus fragis z arboꝛ ipſa etiam vnedo dicit folio citro ſimilis fructoſa: pomũ inbonoꝝ eſt. Ideoq̃ vnedo ꝺr q vnũ tãtũ mandi poſſit. Greci comarũ vocãt: latini arbutum.
Vnio is iui itũ cõiungo: quaſi vnũ facio: vnde vniti animi qui ſunt vnius voluntatis.
Vnio onis: modo cõcorꝺiã ſignificat. Aug. Nã hoc fieri poſſe in tanta animoꝝ vnione quis dubitet: modo margaritã q in conchis nulli duo reperiant indiſcreti inquit Pli. Dos ois vnionũ eſt in cãdore: magnitudine orbe leuore z pondere.
Vnni populi q̃ mari cronio vicini Caſpiũ accolũt quos quidã turcos vocari exiſtimãt ſunt hungari.
Vnq̃ aduerbiũ ſignificat aliquo tẽpore: quaſi vno q̃uis tempoꝛe: a quo nunq̃.

V Ante O

Voces dicunt ea oia que ſonant. Non em̃ ſit απο του βοαω: qđ eſt voco. Virg. Fractaſq̃ ad litto⁊a voces
Vocula pe. coꝛ. diminu. parua voꝛ. Cice. ad Q. Fratrẽ. Quãto molliores ſunt et delicatiores in cãtu flexiones ac falſe vocule q̃ certe z ſeuere. Interduꝫ ponit̃ p detractiõe. Idẽ. W. Celio. Si incurrit hec noſtra laur⁹ nõ ſolũ in oc̃los: ſꝫ iã etiã i voculas maliuoloꝝ.
Vocabulũ dicit quo res ſingule nominant.
Vocalis et hoc vocale qđ eſt ſonoꝝ et ſumme vocis. Pli. li. xviii. Rane quoq̃ vltra ſolitũ vocales: ſunt ſigna tẽpeſtatis: vñ vocales lr̃e dict̃: qz p ſe voces faciũt nec ſine his litteralis voꝛ pferri nõ põt. Hinc ſemiuocales q̃ q̃ſi dimidiatã vocaliũ ſonũ hñt. Sciẽdũ eſt q qñ dictio finit̃ in vocalẽ q̃uis longã ſi ſequẽs incipiat a vocali illa finalis breuis eſt: vt illo alto.
Vocalitas cõſonãtia: quã greci euphoniã vocant.
Vocifero ſignificat cũ dolore ſiue indignatiõe maioꝛẽ vocẽ emitto. Interdũ ſine effectu vehemenꝫ exclamo
Voco cas clamo: vt Voca oparios. Itẽ vocare appellare. Lactã. lib. iij. q ſi deũ naturã vocant: q̃ puerſtas naturã potius q̃ deũ noiare. Itẽ Inuitare: vñ vocatores dicti ſunt: quib⁹ inuitãdi datũ eſt negociũ ſiue qui p ſe vocãt ad cẽnas. Pli. Inuitat⁹ ad regis cẽnã venit: indignanticq̃ Ptolemeo ac vocatores ſuos oſtendẽti: vt diceret a quo eoꝝ inuitatus eſſet. Illic arrepto e foculo carbone extincto imaginem in pariete deliniauit: Itẽ poſcere ſeu vẽdere. Iuue. Bis quingẽta dedit tãti vocat ille pudicã. Itẽ denũciare. Virgi. i. geoꝛ. Tũ cornix plena pluuiã vocat improba voce. Hui⁹ cõpoſita ſunt aduoco: auoco: cõuoco in vnũ voco: cõgrego. Cice. lib. i. tuſ. Qui diſſipatos hoies congregauit: z ad ſocietatem vitẽ conuocauit. Circũuoco: vndecũq̃ voco: deuoco: euoco: inuoco: ꝓuoco puoco: qđ eſt oẽs voco: reuoco: retrouoco: z ſeuoco: que habẽt penul. correptã.
Vocito as: pe. coꝛ. frequẽter voco. Plau. in cap. Pecimũ vocitatus eſt poſt vos vidiſtis tindaro.
Vocatiuus caſus dictus eſt q p eũ vocamus.
Vogiſonus ſiue vigiſolus lacus in patauino agro.
Volo as: ꝓpriũ ẽ alas habẽtiũ vt Volat ille p aera magnũ Remigio alarũ. Trãſferr̃ etiã ad alia q̃ celeriter currũt: vt nauis volat: fama volat: z huiuſmodi pro celeriter vadit. Terẽ. Me frustra illic expectet vola. Hinc veliuolũ mare dicit. Eius cõpoſita ſunt aduolo: qđ eſt iuxta: vel aliquo volo. Pli. li. x. In agrũ volateranum palumbiũ vis e mari quotãnis aduolat. Auolo alio volo circũuolo. Idẽ in eodẽ. Nec vnq̃ tam longo naues: tanq̃ cõtinuo curſu recedũt a terra vt nõ circũuolitent eas apodes Deuolo deoꝛſum volo: auolo extra vel in altũ volo. Vnde p tranſlatiõnẽ Cice. Lẽtulo. Quia altius me euolare voluerũt. Inuolo: iteruolo: obuolo: ꝓtruolo: puolo celeriter

volo:prevolo ante volo:prouolo ꝓcul volo: revolo rursus volo reuertor. Hel. Vbi satis seuierat cornus revolabat in galeam tribuni. Subuolo latēter volo Col. lib. ix. Pulli facilius sub matribus pinguescūt: si iam firmis prius ꝙ subuolēt paucas subtrahas pinnas ⁊ obteras crura ⁊ vno loco quiescant. Supuolo ⁊ transuolo que habent penultimā correptā.

Volito as. frequēter volo. Pli. Sup aquas assidue volitās. Pomē et ꝓ discurro. Li. Qui ꝑ fori volitār.

Volatus us. ipsa volatio ⁊ volandi actus.

Volatile penul. cor. quasi volans: vt anima volatilis: ⁊ volucres volatilia dicunt: quia volant.

Volaticus a. um. quod volat et cito trāsit. Aug. lib. v. conf. Turpes sunt tales ⁊ formicant abs te amando

Volatura idē qđ volat⁹. Var. In (volatica ludibria. ꝓma volutura cū veniūt morant dies paucos requiescendi causa.

Volucris pe. cor. oīe id quod volat: non solū aues sed apes ꝙq; vespe tabani ⁊ reliqua hmōi. Hiero. cōtra Ioui. Quis nostrū leonē: quis viperā: quis volucrē: quis ciconiam: quis miluū: quis reptantes in littore vermiculos vnq; comederit.

Volucer adiectiuū ponit ꝓ celeri. Mar. Et volucrē longo porrexit vulnere pardum.

Volucra genus aīalis: qđ prerodit teneros pampinos Colu. lib. iii.

Volo lis. a volo las. q animo⁹ in quo velle est talis fit: vt puncto tēporis peruolet quo vult. Vnde volūtas ⁊ volentia. Composita sunt nolo: malo: et peruolo.

Voluntas vt Aug. lib. de li. ar. ait. Est qua appetimus recte honesteq; viuere: ⁊ ad summā sapientiā puenire. Vnde volūtari⁹ a. um. qđ fit sponte. Aug. Volūtariū bellū indicit passiōib⁹. Vnde aduerbiū volūtarie.

Volentia idē qđ volūtas: que qđ cū ratione desiderat. Salu. Tum volentia plebi ꝓ placentia plebi scripsit: hoc est q̄ plebs vellet. Ꝙ volentia fiunt benuolentia: maliuolentia ꝓ amore ⁊ odio: quasi bona et mala voluntas. Beniuolus ⁊ maliuolus.

Volones dicti sūt serui qui in bello punico cū deessent q̄ scriberent ꝓ dūis pugnaturos se polliciti i ciuitatē recepti sūt: et volones appellati: qz hoc sponte volu

Voluptas est elata ꝑter modū letitia opinione (erūt. hsentis alicui⁹ boni: vnde quicq̄d cū delectatiōe aīm demulcet/voluptas ōr: qđ id maxie velimus. Referturq; ad aīm ⁊ ad corpus: cuius nonnulli insimulent solius corporis esse ac turpē. Sed de honesta scribit in p̄s. Torrēte voluptat⁹ tue potabis eos. De turpi. Li. Diuinus Plato escā malo⁹ appellat voluptatē.

Voluptuosus habitionem: et vehementiā significat et affectionē: vt voluptuosus hō: qui perq; amat voluptatē: voluptuosa res q̄ in se hz voluptatē: et plena est voluptat⁹: et q̄ voluptate afficiat: ille recipit: hec

Volupe delectabile. Plau. in am. Nam qz (recipit. vos tranquillos video gaudeo: ⁊ volupe ē mihi. Aliquin ꝓ voluptate ponitur.

Voluptuarius a. um. quod voluptatē affert. Aug. lib. x. con. Et sepe incertū sit verum adhuc necessaria corporis cura subsidiū petat: an voluptaria cupiditat⁹ fallacia ministeriū supetat. Voluptarius homo qui se voluptati dat. Plau. in me. Voluptarij atq; parasitores maxime tū sycophante: et palpatores plurimi.

Voluptabile gratum/voluptuosum. Plau. Voluptabile mihi cū aduentu tuo tulisti.

Voluptia voluptatis dea habita est.

Vola media pars manus siue pedis: a quo volo as. qđ significat volas. i. pedes moueo. Virg⁹. lib. v). Ille tantū prodire volando: nam ad pedū volas rettulit. Ad manus rettulit Terē. Vix me cōtineo quin inuolem in capillū. Ꝙ volo fit compositū Inuolo: qđ est rapio ⁊ suffuror: et in vola abscondo.

Volua. Vide in dictione vulua.

Volema pe. pro. galli appellant pyra bona et grandia eo ꝙ palmā impleant.

Voluo is. ui. duarū syllabaꝝ volutū notę significatiōis cui⁹ cōposita sūt aduoluo ꝓ agglomero: cōuoluo: circūuoluo: deuoluo: euoluo: inuoluo: ꝓuoluo: ārevoluo vt ꝓuolut⁹ pedib⁹: revoluo: explico seu iterū voluo.

Voluto as. pe. pro. sepe voluo: et aliqñ mente voluor ⁊ cogitatione pquiro. Virg⁹. Id quidē ago ⁊ tacitus lycida mecū ipse voluto.

Volutabrū penul. pro. locus vbi sues volutant. Virg. Sepe volutabris pulsos syluestrib⁹ apros Latratu

Volubilis qui facile volutur. (terrebis agens.

Voluor vermis qui ⁊ conuoluolus ⁊ inuolutus dicit.

Volumen penul. pro. a voluendo q̄ maiores nostri in libris arbor. i. codicibus scribebant: ⁊ libellos illos quo cōmodius cōplicabant. Ideoq; volumina appellata sunt libellis similiora q̄ libris. Est cū volumen pars codicis. vt puta Hetamorphoseos liber in q̄ decim volumina ferme. Pli. Junior. Libri. iij. in. vj. volumina ꝓpter amplitudinē diuisi: quasi. vj. minores libros: vt sint volumina aliq̄to minora q̄ libri. Igitur volumen pars libri est: liber vo pro toto codice ⁊ pro volumine accipit: inde dicim⁹ euoluere libros. i. aperire, lectitandi gratia: q̄si rem cōplicatā explicare: sicut revelare rem velatā detegere.

Volsella sunt instrumēta ad pilos euellendos a corpe.

Vomo is. ui. itum. eūcio ⁊ ꝓprie de cibo dicit: q̄uis ad alia transferat: inde vomitus. Huius composita sunt Euomo extra vomo. Reuomo retro vel rursus vomo. Plini. lib. x. Simili modo auibus deuoratis solidis contēctione plurima ⁊ cetera ossa reuomunt.

Vomer ⁊ vomis: dictus ꝙ terrā vomat.

Vomica penul. cor. a vomendo ꝙ pus inde manet: vel ꝙ qui habēt id sanē reūciant: nā est tumor excrescēs: siue grossities illa q̄ nascit in aliqua parte corporis sanē frequēter emittēs. Serenus. Sunt odio quos dira vomit natura tumores vomica q̄lis erit vel idē ꝓprima quedā. hinc Plaut. Non infestiuiter vomicā appellat crumenā nūmis refertā atq; tumentē cum ait in persa. Quid in hoc collo tibi tumet: respondet vomica est. Sumit et ꝓ receptaculo et eadē similitudine. Vnde apud Pli. Lapis legitur venis cuius vomica liquoris ęterni argentum viuum appellat. Nonius. Laua et vetustate obesa vomice noiant.

Vopiscus ōr qui ex duob⁹ puerperis vno abortu excluso ad partū legitimū ducit. Quo noie dictus est historicus quidā qui de Imperatoribus scripsit.

Voro as. cibū non cōfectū deglutio: hinc per trāslationē vorare capit ꝓ auide sumere: vñ voraces gulosi et voracitas gulositas. Cōposita Deuoro: de q̄ sup.

Vorago penul. pro. barathrum ōr ꝙ in eā cadentia nō emergant: sed deuorari videant.

Vorter. Vide in dictione verter.

Voueo es. ui. tum. deo aliquid sancte, ꝓmitto: Liui. Ire trepida. rū. vouit salios fanaq; pallori et pallori. Huius cōpositū est Deuoueo: quod est destino: vñ ⁊ deuotū destinatū. Var. Tu deuoto tibi aio vtere. Votū ꝓmissio facta deo: sed qz ea valde desideram⁹ que voto a deo poscim⁹ fit vt aliqñ votū ꝓ volūtate ⁊ desiderio sumat: vñ voti cōpotē dicim⁹ eū q̄ desideriū suū affecut⁹ ē: et ꝓ voto succedere. i. ꝓ desiderio.

Votiuus a. um. pe. pro. qđ ex voto dari ꝓmittit. Hor. Pascit in vrm redtū votiua iuuēca. Votiua verba dicimus quibus in faciēdis votis vtimur et votiuas preces quibus aliq̄d cū voto poscimus. Pli. lib. vii. Ludis ꝓ salute dni Augusti votiuis. Li. in ver. acti. ii. ludos votiuos apellat q̄s vouerat. Hiero. Votiuū tūc christianis erat pro noie dei gladio percuti.

Voto as. a quo fit aliud frequēta. votito as. votitum

veteres dixerũt quasi voto prohibitũ. Plau. Non illũ habere caulam ꝛ votitã dicere.

V Ante P

Vpupa auis cristis a capite exẽtibus galeata in fimo semper commorans.

V Ante R

Vrania penulti. cor. vna ex musis et apud nos celestis ór. Ouid. lib. v. fast. Excipit vranie fecere silẽtia cũcte. ουραροσ em̃ celũ ór: ꝙ viros eruditos in celũ tollit. Ꝟr anos vero ór quasi oranos: vt inquit Amb. lib. hexa. ab οραω ꝙ sit visui peruiũ ꝛ minime densum: vt est aqua ꝛ terra.

Vrbs oppidũ muro cinctum ab vruo aratri curuatura: ꝙ antiqui iũctis bobus tauro ꝛ vacca ethrusco ritu in condendis vrbibus interiore aratro circũagebãt sulcũ intra quẽ vrbẽ ędificarẽt: hoc faciebãt religiõis causa die auspicato: vt vrbs fossa muroq; munita esset: et locũ vñ terrã fodissent vocabãt. Ꝟirg. lib. iũ. geor. Apta dies legiẽ q̃ mgnia signet aratro. Quidã ab orbe vrbẽ appellatã putant: ꝙ sulcus in orbẽ ducerẽt: nã ciuitates antique ĩ orbẽ fiebãt: et ꝓprie roma vrbs dicta ẽ ꝙ antonomasiã cũ cetera dicanẽ oppida. Est autẽ vrbs mgnia ipsa. Ꝟirg. Vrbs antiqua fuit tyrũ tenuere coloni Carthago. Ciuitas coloni qui ciues dicunẽ. Apul. Oñ omnis ciuitas adprobauit. Sed ꝑfundũẽ q̃q; ꝙ vrbs ꝑ ciuitate ponaẽ Ꝟirg. Jnuadũt vrbẽ somno vinoq; sepultã. Et ciuitas pro vrbe. Sene. Cũ plerasq; ciuitates viderimus terre motu funditus collapsas. Ab vrbe fit suburbium et suburbanũ. Ꝟrbanus ꝛ vrbicus/sicut ab oppido oppi

Vrbicula dimi. parua vrbs: quę (danus ꝛ oppidicus. citatella appellaẽ.

Vrbicus a. um. qõ ad vrbẽ ptinet: sicut rusticus a. um. quod ad rus. Bel. Si qõ aut posset remediũ esse: vt ne tã assidue dom̃ romę arderent venũ hercle dediſſem res rusticas ꝛ vrbicas emisses. Sue. in aug. Ut feracioẽ habiliorẽq; annone vbice redderet.

Vrbanus a. um. idẽ qõ vrbicus: vt vrbani mores: vrbana curia. Aliq̃ vrban̄ ór cultus/disertus/facetus: hoc est qui in ꝟbis ꝛ sono ꝛ vsu ꝓprio quendã prę se fert vrbis gestũ ꝛ sumptã ex ꝓuerbiatiõe doctor tacitã eruditionẽ. Et differt a dicaci: ꝙ dicax est cuiñ sermo cũ risu aliquẽ incessit. ideo Demosthenẽ vrbanũ fuisse dicũt: dicacẽ negãt. Quẽadmodũ autẽ vrbanũ ꝛ dicacẽ hoiẽs dicimus: ita vrbanũ ꝛ dicacẽ sermonẽ Ꝟñ vrbanitas ꝛ dicacitas tã de oratione q̃ de hoie dicit. Ab vrbanus suburbanũ ꝛ anteurbanũ.

Vrbanatim idẽ qõ vrbane: hoc est modeste eleganter. Pompo. Ego rusticatim tangã: vrbanatim nescio.

Vrceus vt Paulus iureconsul: ait est vas: quo aqua in vnã infundit cuius dimi. est vrceolus.

